ns

T.

Digitized by Google

PROV. DI
162
D
37.
BIB.NAZ.NAPOLI
BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
D
37
NAPOLI

DECRETA
ET
STATUTA SYNODALIA
PER
ILLUSTRISS.^mi ET REVERENDISS.^mi
DOMINUM
THOMAM CARACCIOLUM
CLERICUM REGULAREM
ARCHIEPISCOPUM ~~TRANENSEM~~ TARENTINU.
IN DIOECESANA SYNODO
HABITA ET PROMULGATA
ANNO DNI MDCXXXXII.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III · NAPOLI

LYCII. apud Petrum Michaelem et
Nicolau. Franciscu. Rubeum 1645.
Superioru. permissu.

/

Versu ex variis Sac. Script. [illegible] Cano[illegible]

et [illegible] sententiis melius quod Syno-

dus in [illegible] cuius [illegible]

et [illegible] causam [illegible]

nisi in gravissimis ac [illegible] novis ut

ait Bartholom[illegible] in Praxi

[illegible] Synodi parte tertia cap. 22.

no. 7.

[illegible] Synodo [illegible]

[illegible] Caetani pag. [illegible] 22.

53. 73. [illegible] 113. 120. 128.

THOMAS CARACCIOLVS ARCHIEPISCOPVS TARENTINVS,

Et Regius Conſiliarius.

VNIVERSO CLERO, ET POPVLO Ciuitatis, & Diœceſis Tarentinæ .S.

Reliquerunt [1] *Venerandi Patres virtutum ſuarum exempla, & Paſtoralis Officij tradiderunt formam*; inter quas nihil præclarius, quod ij, qui rem chriſtianam moderantur, *Sobrij* [2] *atque vigilantes ſint, clariſsima mentis acie præditi, innumeroſque habentes, omni ex parte oculos, quibus acutiſsimè cuncta proſpiciant, ſunt quippe plura, quæ incidunt, & mentis hebetant aciem, puta concupiſcentiæ, quotidianæ curæ, rerumque perturbatio, & plurima id genus vndique imminent. Vigilantem*

1 B. Laurentius Iuſtinianus in feſto S. Martini.

2 S. Ioannes Chriſoſtomus in 1. timot. c. 3.

igitur eſſe neceſſe eſt illũ, qui nõ tantũ ſui curam habet, verum etiam reliquorum. [3] Patriarcha Iacob pecudibus præpoſitus, & Oues irrationales paſcens, & homini rationes redditurus, & noctes ducebat inſomnes, & æſtum, & gelu omnem aeris intemperiem ferebat, vt nulla illarum pecudum periret. Multo magis Nos non irrationabilibus, ſed ſpiritualibus Tarentinæ Diæceſis Ouibus præpoſitos, & non homini, ſed Deo præſidentiæ huius rationes reddituros, ad nihil torpere, & tergiuerſari oportet, quæ gregem iuuare poſſint. Quapropter licet noſtræ Tarentinæ Eccleſiæ morum, atque pietatis integritas [4] [quemadmodum Campus vireſcit] ſpiritualem odorem tamen redolere debet, ita ut virtutum omnium ſpiret gratiam, non vnius; Tot [5] horti ſunt quot virtutum plantationes ſimul collectæ: vbi enim tantum flos eſt, quis ibi hortum eſſe definiat? ſic nec vna caſtitatis plantatio, nec vna iuſtitiæ, horti poteſt integritatem explere. Nam, & Salomon fecit ſibi hortos, & pomaria conſeuit, ea cuncti generis Arboribus non Arbore conſeuit, ſed Arboribus, nec vnius generis; ſed cuncti generis, ſic, & Sponſa plures habet hortos, & cuncti generis virtutum copioſe virgultis eſt conſita, & in conſequentibus Sponſæ Sponſus applaudit, dicens, quæ habitas in hortis amici

3 S. Ioannes Chriſoſtomus hom. 2. ad populum.

4 Pſ. 41. 1. verſio Aquilæ.

5 Gilbertus Abbas ſer. 37. in Cant.

ci

ci auſcultant te , fac me audire vocem tuam :
iare omnino , quid enim niſi dulce auſcultare
illi , quæ in hortis moratur , & de hortis loqui-
tur , nec tàm in hortis eſt , quàm hortus ipſa eſt,
variarū virtutum germinibus plena . Ideo 6 Geneſ. 27.
vt odor filiorum meorum ſit odor agri pleni in
omni [7] *flore virtutum , & ſacræ benedictio-* 7 S Ambroſ. lib. 1. de Iacob, & vita Beata cap. 1.
nis , atque Cæleſtis Beatitudinis redoleat gra-
tiam , quæ in Diœceſana Synodo decreui-
mus, litteris commendare decernimus, vt
quodam , quaſi muro inducto ; & quæ in
hominum animos irrepere ſolent , vitæ
nimirum licentiæ, & pietatis, ac Religio-
nis, neglectus, arceantur . [8] *Nulla enim* 8 Simeon de Caſſia li. 3. in Matth. cap. 31.
maior imprudentia quam ſcientiæ Diuinæ vo-
luntatis habere carentiā . Quod prænoſcens Da-
uid petebat anxiè ipſius habere documenta , di-
cens , Doce me facere voluntatem tuam , quia
Deus meus es tu . Ideo ne improborum au-
dacia [veluti humana omnia] temporis
iniuria aliquando dilabatur , & corruat , il-
lud vnumquemque monitum velim, vt pro
ſe quiſque conetur , ne horum decretorum
deſuetudine , cultus , nec pietas in Deum
eneruetur , atque langueſcat . [9] *Eccleſiæ* 9 Procopius in cap. 62. Iſa.
murus eſt ipſa veritatis dogmatum conſtantia ,
& firmitudo , aduerſus quæ , ne portæ quidem
Inferorum quicquam poterunt . Hos igitur

muros eleuandos curare debemus, & diligentiſſimè tuendos: ambient nos, ſi illos ambiamus, & cuſtodient cuſtoditi, [10] *tuitio noſtra ſunt, quaſi validiſsima Turris contra inciuiles impetus, & conuentionalia detrimenta noſtra concedit authoritas*; ita firmis muris muniti, [11] *occupabit ſalus muros ſuos, ita vt nihil* [12] *vobis poterit aduerſari; contingere, nihil tam triſtè, vel amarum emergere, quod aut euaneſcat citius, aut facilius toleretur*: ſint hæ Synodales leges non [13] *inſculptæ tabulis, nec ære inciſæ, ſed impreſſæ mentibus, atque infixæ ſenſibus*, ita vt cum Regio Vate verè dicamus, *In* [14] *corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.*

10 Caſſiod. lib. 7. form. tuition.

11 Iſa. 60.

12 Alredis lib. alleg. ſupra genel

13 S. Ambroſ. li. 2. Epiſt. 7.

14 Pſ. 118. 11.

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore.

L'Arciueſcouo di Taranto ſupplicando fà intendere à Voſtra Eccellenza, come hauendo compoſto vn Libro intitolato [*Il Sinodo*] doue ſe tratta l'oſſeruanza del Culto Diuino, e Precetti della Religione Chriſtiana, con li quali s'hanno d'inſtruire i ſuoi ſudditi; E perche quello deſidera farlo imprimere, e ſtampare. Perciò ſupplica Voſtra Eccellenza concederli la ſua licenza, che oltre è coſa giuſta l'hauerà à gratia, vt Deus, &c.

Mag. V.I.D. Io. Baptiſta de Thoro videat, & referat.

Zufia Reg.

Prouiſum per ſuam Excell. Neap. die 5. Decembris 1644.

Grimaldus.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Domine.

Libenter ſumma cum diligentia, & ſollicitudine vidi, ac perlegi de mandato Veſtræ Excellentiæ, Sacroſanctum Synodum Tarentinæ Archiepiſcopalis Curiæ editum ordine Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſsimi illius Ciuitatis Archiepiſcopi digniſſimi, & meritiſsimi Præſulis, nobilitate, ac virtutum cumulo ornatiſsimi, In quo nil comperi Iuri publico, ac bonis moribus aduerſari, ſed potius commendatione dignum vti ſtilo eleganti compactum; Sanctiſſimæ Orthodoxæ Fidei congruum, Romanis Conſtitutionibus, ac Sanctorum Patrum auctoritatibus roboratum, & cæterorum Iurium rationibus comprobatum, vt nil vltrà excogitari poſsit, quapropter iuſtiſsimè arbitror pro cõmuni vtilitate Diœceſanorum Ciuium, & aliorum benè viuendi norma, & animarum ſalute, quam citius prælò dari poſſe, ſubſequente tamen beneplacito Veſtræ Excellentiæ, Cui ex debito poſt manuum oſcula precor Neſtorios annos, quod Deus Optimus Maximus con-

conceſſurus ſit pro huius Regni Tutela.
Datum Neap. die 20. Ianuarij 1645.

Veſtræ Excellentiæ.

Humillimus ſeruulus

Ioannes Baptiſta de Thoro I.C. Neap.

Viſa prædicta Relatione Imprimatur.

Zufia Regens.

Ad Admodum Reu. P. D. Carolum de Hyppolitis Clericum Regularem qui videat, & referat. Datum Lycij in Palatio Epiſcopali hac die 25. Maij 1644.

M. Pijſsimus Vic. Generalis Lycien.

HAs Metropolitanæ Tarentinæ Eccleſiæ Synodales Conſtitutiones, ex Reuerendiſſimi Domini Generalis Vicarij mandatò, accuratè perlegi: nihilque in eis, non ex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Sacrorum Canonum, & Conciliorum, ac Sanctorum Patrum præſcripta diſpoſitum, inueni. Vnde illas luce, & laude digniſsimas cenſeo. Lycij 7. Iunij 1644.

D. Carolus de Hyppolitis Cl. Regularis.

Imprimatur Datum Lycij in Palatio Epiſcopali hac die 8. Iunij 1644.

M. Pijſsimus Maceraten. Vicarius Generalis Lycienſis.

IN NOMINE
SANCTÆ ET INDIVIDVÆ
TRINITATIS
PATRIS, ET FILII, ET SPIR. SANCTI
A M E N.

CONSTITVTIONES SYNODALES Metropolitanæ Eccleſiæ TARENTINÆ.

DE FIDE CATHOLICA, eiuſque profeſsione.

CAPVT PRIMVM.

§. I. AD Fidei [1] ma-
» nifeſtationem,
» Diuinam Sa-
» pientiam carne
» indutam veniſ-
» ſe in Mundum
» teſtatur dicens
» Ioann. 8. Ego
» in hoc natus ſum, vt teſtimonium per-

[1] Diuus Thomas cont. gent. libr. primo.

„ hibeam veritati. [2] Vnde aduertimus,
„ quia vnicus Dei Filius, non ſpecioſis do-
„ mibus, auratiſque laquearibus, ſed in fi-
„ de credentium requieſcit. Ex quo nos
minimè latet, quod circa eam, tanquam
præcipuam Paſtoralem curam [3] Epi-
„ ſcopos oportet ſuas maximas ſolicitudi-
„ nes gerere: Quibus Romana Catholi-
ca, & Apoſtolica Eccleſia mandat in vir-
tute obedientiæ diſtrictè præcipiens,
„ [4] vt ad hæc efficaciter exequenda Epi-
„ ſcopi per Diœceſes ſuas diligenter inui-
„ gilent ſi canonicam voluerint effugere
„ vltionem. Ideo ab his, quæ ad fidem
Catholicam conſeruandam pertinent,
„ tanquam à vero Religionis, & [5] ſpiri-
„ tualis vitæ fundamento, iuxta laudabi-
lem [6] Innocentij III. [7] Gregorij X.
& tandem Sanctorum Patrum in Cō-
cilio Tridentino inſtitutum, exordium
ſumendum eſſe cenſuimus. Mandamus
propterea omnibus ad Eccleſiaſtica be-
neficia promotis, & ad fidei profeſſio-
nem emittendam obnoxijs, vt in hac
præſenti Synodo iuxta formam Conſti-
tutionis Pij IIII. [9] felicis recordatio-
nis omnino illam emittant. [10] Quando
„ enim honor Dei, vel vtilitas proximi
hoc

S. Maxim. homil. 2. in Natiuit. Domini.

3 S. Gregor. PP. in Ep. lib. 2. cap. 3.

4 Innocen. III. in Concil. gener. Later. c. 3.

5 D. Tho. 3. p. in q. 73. art. 3. ad 3.

6 Cap. 1. de ſum. Trin. & fid. catt.

7 Eod. tit. cap. 1. lib. 6.

8 Concil. Trid. ca. 1. de ſin. fid. lib. 1. c. cum Paulus 1. q. 1.

9 Ex bulla quæ incipit iniunctum nobis.

10 D. Thom. in 2. 2. art. 2. ad 1.

„ hoc expoſcit, non debet eſſe contentus
„ homo, vt per fidem ſuam ipſi veritati
„ diuinæ coniungantur, ſed debet fidem
„ exterius confiteri.

§. II. Et ſicut [11] ſpica multa in ſuis ariſtis
„ grana recondit, ita, & Symbolum no-
„ ſtræ confeſſionis plurima in ſe fidei ſe-
„ mina colligit. Ideo Canonicis, Dignitatibus, Archipresbyteris, Plebanis, ſeu Curatis, & omnibus, & quibuſcunque animarum Rectoribus noſtræ Diœceſis mandamus, auctoritate eiuſdem [12] S. C. T. ſuffulti, quod infra duos menſes proximos à die adeptæ per eos poſſeſſionis, Canonicatuum, Dignitatum, & Beneficiorum curam animarum habentium coram nobis, ſeu noſtro Generali Vicario fidei profeſſionem faciant, alias fructus non faciant ſuos, nec eis aliquo modo captam poſſeſſionem ſuffragari cenſeatur. Qui verò Canonicatus, & Dignitates in noſtra Eccleſia obtinebunt, non ſolum coram nobis, ſeu noſtro Vicario, vt prædiximus, verum etiam in Capitulo idem facere teneantur.

11 S. Petrus Dam. ſerm. 19.

12 Seſſ. 24. de reſor. cap. 12.

§ III. Et hanc [13] fidei puritatem, ſcien-
„ tijs, doctriniſq; quibuslibet, tùm trad-

13 Pius 4. conſtitut. 88.

„ dendis, tùm adiſcendis, tanquam ne-
„ ceſſariam baſim conſtituere, & ne ſim-
„ plicia nonnullorum Adoleſcentium res
„ nouas audiendi cupidorum ingenia in
„ naufragos blandientium Hæreſum ſco-
„ pulos imprudenter impigeant, occurre-
„ re, cupientes. Mandamus omnibus, & ſingulis [14] Ludi Magiſtris, & alijs nobiliores liberales artes edocentibus, etiam ſi fuerint Sæculares, aut Regulares, Medici, Chirurgi, aut Concionatores, in manibus noſtris, aut noſtri Generalis Vicarij fidei profeſſionem edant, ac proinde idem noſter Vicarius diligenter curabit, vt ex præfatis profeſſionibus, qui ad hucuſque fidei profeſſionem non emiſerunt, quam primum emittant. Non intendimus tamen per hanc noſtram Conſtitutionem Officiales noſtros, Aduocatos, Procuratores, Notarios, Actorum Magiſtros Audientiæ noſtræ Archiepiſcopalis in Ciuitate Tarentina, ſiue extra, aut in reliquis noſtræ Diœceſis partibus commorantes exemptos eſſe, verum etiam [15] Cardinalis Caetani noſtri præſtantiſſimi Prædeceſſoris laudabiliter ſancita, ſub pœnis inibi contentis, tene-

14 Congr. Card. in Elucid. Conc. Trid. n. 216. in addit.

15 Tit. 1. cap. 2.

teneri volumus, atque mandamus.

§. IIII. Et [16] qui per annum in excommunicatione inſurdeſcere paſsi ſunt, & quamprimum abſolutionis beneficium meruerunt obtinere fidem profiteantur, & à noſtro fori Cancellario liber conficiatur, in quo; prout ei conſcribere contingerit, profitentium perſonas, nomina, cognomina, officium, patrias, vna cum die, Anno in actis referat, ſub pœna priuationis officij.

16 Synod. Tropien. p. 1. tit. 1. n. 9.

forsan laudat Synodus Tropeiensis Fabricii Caracciolo de anno 1618. et si hoc etiam statuit in Synodo Tropeiensi de anno 1647. supra laudatis

§. V. Vicarij Foranei, Parochi, & teſtes Synodales diligenter inquirant, ſi quem Magum, Sortilegum, Strigam, Maleficium, Diuinatorem, Ariolum, ſeu alium ex damnatis in Conſtitutionibus [17] Xiſti V. [18] & Gregorij X V. ſacræ recordationis, ſeu quemcunque alium de fide ſuſpectum, quos etiam ſi in noſtra Diœceſi, quod Deus auertat, reperiri ſucceſſerit, illico, & de facto nobis, ſeu noſtro Generali Vicario referant, vt noſtra diligentia, Diuino implorato auxilio, corruptum ab his germinibus ſcindatur virgultum, & paretur ad meſſem.

„ [19] Arat enim Deus gentes aratro fidei.

17 In Bulla quæ incip. Cęli, & Terrę conditor 5. Ian. 1585.

18 In Bulla, quæ incip. Omnipotentis Dei 20. Martij 1623.

19 Enchiri. in Pſal. 28.

Ne-

§. VI. Nemini liceat ex Regularibus in hac noſtra Ciuitate Tarentina, aut Diœceſi, prædicationis munere fungi volentibus,[20] niſi ſcientiæ lumine, Theologiæ ſtudio, & curſu completo ad id exercendum erumpat, & ab eorum ſuperioribus, de vita, & moribus, & doctrina approbati, & deinde perſonaliter nobis, & Generali noſtro Vicario, iuxta[21] S. C. T. decreta ſe præſentauerint, & licentia obtenta, petitaq; benedictione, & accepta[22] ambulent in lumine Domini, in doctrina, ac lege Dei. Qui ſecus attentare præſumpſerint, pœnas iuxta[23] Gregorij X V. conſtitutiones, & alias nobis arbitrarias ſubire cogantur, quod etiam à Clericis idem prædicationis munus exercere volentibus, præfatum decretum obſeruari præcipimus, & ordinamus.

§. VII. Libros prohibitos, nempè in Indice S. C. T. damnatos, qui de[24] foueis ſerpentes protrahunt, in hac Ciuitate Tarentina, ac Diœceſi vendi, ſeu apud alios haberi, omnino prohibemus, quamobrem conſtitutiones ſuper huiuſmodi libris à[25] Cardina-

20 S. Bernard. opuſc. de charit. cap. 21.

21 Seſſ. 5. cap. 2.

22 Oleaſt. in Iſai. 2. 5.

23 In Bulla, que incipit, imperſcrutabili Dei prouidentia nonis Febr. 1622.

24 D. Hier. lib. 1. aduerſ. Iouinian.

25 Tit. 3. cap. 1.

dinali Caetano Prædeceſſore noſtro meritiſsimo enucleatas approbamus, & innouamus.

§. VIII. Nullus ſub pœna excommunicationis, & alijs noſtro arbitrio infligendis, opuſcula, formulas, commentarios, ſeu alia huius generis manuſcripta non tantum prophana, [26] libi-
„ dinoſè, & nihil fidele loquentia, quę
„ inſtar ſagittarum corda vulnerant.
Verum etiam nec, & ſacra, [27] quæ
„ tanto magis cauenda, & pertimiſcen-
„ da ſunt, quanto occultius ſub diuina
„ legis vmbraculis latitant, euulgare,
ſeu propalare præſumant, niſi prius à Nobis, vel à noſtro deputato recognita, & præuia approbatione ſubſcripta fuerint.

26 S. Ephrem. Syr. cap. 8. de virtutib.

27 Vinc. Lirinenſ. commun. prima cap. 35.

§. IX. Cum venerandam Sacræ Dominicæ paſsionis Hiſtoriam, Sanctorum triumphos, Virginumq; Victorias à mundi immundis illecebris, potius interno cordis affectu meditari, & venerari, quàm Scenarum externo apparatu repręſentari conueniat, in qui-
„ bus cum [28] ſemper deſit aliquid cultu-
„ ræ Dei, E potius [29] non leuem efferant
irriſionem, quam deuotionem excitent,

28 Petr. Cellenſ. lib. 2. ep. 4.

29 c. cum decorē cum gloſ. de vit. & honeſt. cleric. gloſ. in cap. non licet 33. q. 4.

30 Aloyſ. Noua- riſſ. 58. ,, tent, [30] ne Arca Dei iuxta Dagon locetur, prohibemus omnino præfatam Dominicam paſſionem in quocunque loco tragico ſtylo recitari Sanctorumq; Martiria, ſine noſtra in ſcriptis licentia à Clericis, ſeu Laicis ſub pœnis noſtro arbitratu infligendis.

§. X. Cum à veritate proditum ſit, quod ,, qui ex Deo eſt, verba Dei audit, ideo omnes fideles Paſtorali noſtræ ſolicitudini commiſſos in Domino hortamur, atque monemus, vt tempore Aduentus, Quadrageſimæ, cæteriſque diebus, cum in Eccleſia Dei

31 Philo. lib. 2. Allegoriar. Optimi Maximi habeatur actio, [31] vt ,, eorum animas alimentis Diuinis, ,, Æthereiſq; ſcientijs nutriant, omni qua decet reuerentia, deuotione, ac modeſto habitu interſint. Et in primis Magiſtratus, Prætores, Iudices, Officiales, & cæteri, qui reliquos dignitate, ac gubernio an-

32 Vgo Carens in cap. 22. Iere.n. ,, tecellunt, vt [32] in æternorum con- ,, templatione alios exemplo ſigillent,

33 D. Thom. par. 2. q. 1001. ar. 2. in corp. ,, & Clerici [33] qui non ſolum animæ ,, Dei colere interiori cultu tenentur, ,, ſed etiam exteriori corporis, vt di- ,, citur in Pſal. 80. Cor mundum, & caro

„ caro mea exultauerunt in Deum viuum. Si concionibus intereſſe renuerint, aut contempſerint, ſeu non nimis deuotè, & attentè, noſtris arbitrarijs pœnis eos obnoxios eſſe ſancimus.

DE DOCTRINA CHRISTIANA.

CAPVT II.

§.I. MAGISTER [1] noſter vnus eſt [1] Matth. 23. 10.
„ CHRISTVS, [2] tanquàm [2] D. Thom. 3. p. q. 7. ar. 7. in corp.
„ ſpiritualis doctrinæ, & fidei primus,
„ & principalis Doctor, ſecum coope-
„ rari optantes in ſalutem animarum.
„ [3] Cooperari, inquam, ſecum, non [3] D. Thom. 1. p. q. 23. art. 8. ad 2.
„ propter defectum Diuinæ Virtutis,
„ ſed ſicuti Miniſtri, quibus Deus vti-
„ tur, vt ordinis pulchritudo ſeruetur
„ in rebus. [4] Attendentes quod infan- [4] Pius V. conſt. 137.
„ tes, & pueri bonis moribus, & exer-
„ citijs educati, quaſi ſemper vitam pu-
„ dicam, honeſtam, & exemplarem,
„ ac aliquando ſanctam agunt, è con-
„ uerſo autem, qui parentum carentia,
„ ſeu paupertate, aut incuria, vel igna-
„ uia, non ſic educati perſepe ducuntur

„ in exitium, & quod peius eſt, ſecum „ ducunt plures in interitum: Vnde ſi „ diligenter educati, & in doctrina „ Chriſtiana inſtructi fuerint, à vitijs, „ & multis alijs erroribus retraherentur. Idcirco iuxta Lateranen. [5] Concilij decreta ſtatuimus, & diſtrictius præcipiendo ſub pœnis noſtro arbitratu, ac etiam excommunicationis, quatenus opus ſit, mandamus omnibus Parochis, ſeu Curatis, cæteriſque curam animarum habentibus, ad quos „ ſpectat. Vt [6] in ſingulis Feſtiuitati„ bus, ac Dominicis diebus in Eccleſijs, „ & Parochijs hoc opus ſanctiſſimum am„ plectantur, vt vbi eoſdem infantes, & pueros, ac alias miſerabiles perſonas chriſtianæ veritatis ignaras congregari faciant, ibi plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis, nè cęleſtis ille ſacræ doctrinæ, librorumque theſaurus neglectus iaceat, quem Spiritus Sanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, illudque impleatur. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Inuigilent igitur Paſtores in noſtra Diœceſi Tarentina, vt infan-

5 Sub Leone X. ſeſſ. 9.

6 Pius V. vt ſupra.

tes,

tes, pueri, & adulti, tanquam agni recentes, qui modo venerunt ad fontem ſacroſancti Baptiſmatis, Diuino pabulo nutriantur, eos bonis moribus, & ſana doctrina inſtruant, ac diligenter in viam mandatorum Domini dirigant.

§. II. Et vt facilius [7] audient in die illa
„ verba libri, & de tenebris, & cali-
„ gine etiam oculi Cęcorum videant,
præcipimus, quod in Ciuitate Tarentina, necnon in Terris noſtræ Diœceſis, in quibus commodè fieri poteſt, doctrinæ Chriſtianæ ſodalitates erigantur, in quibus à viris moribus, & idoneitate præditis, & zelo charitatis accenſis pro Diuini cultus augmento, [8] pueri
„ ſingulis Dominicis fidei rudimenta,
„ obedientiam erga Deum, & paren-
„ tes, aliaſque chriſtianas virtutes edoceantur, quiſque in eo munere Parochi adſint, & adiuuent, maximos Indulgentiarum theſauros à Pio [9] V. & Paulo [10] V. conceſſos, conſequuturi. Ij verò ad quos præfatum munus pertinet, inſtructiones à nobis datas cautè obſeruent, & vbi magnitudo populi, locorumque expoſtulabit,

7 Iſaias 29. 18.

8 Paul. V. conſt. 38. §. 1.

9 In Bulla quæ incipit ex debito paſtoralis offic.j 1571.

10 In Bulla quæ incipit ex credito nobis 1607.

omnes pueros in magna Eccleſia conuenire non poſſe, duas, aut plures, quatenus opus ſit, ſodalitates erigi curent Curati, in quibus à Viris Dei iuſtitiam timentibus, & in fidei profeſſione profeſſis, hoc ſanctum inſtitutum, qua decet pietate, & charitate perficiatur. Volumus tamen, & mandamus, vt in eodem exercitio Clerici omnes, & ſinguli, interuenire debeant, tùm doctrinam perdiſcendi ſtudio, tùm etiam Parochos adiuuandi, ſub pœnis noſtro arbitrio imponendis, iuxta [11] Lateranen. Concilium.

11 Vt ſupra.

§. III. Et cum [12] iuxta notum Sanctiſſimi
,, Vatis oraculum, timor Domini, ſine
,, quo vera religio, & catholicæ fidei
,, puritas nullibi reperitur, ſapientiæ ſit
initium, ſcholarum Magiſtri grammaticam edocentes, ſemel ſaltem in Hebdomada, doctrina Chriſtiana pueros imbuant, & curent, vt quotidie, ante, ſeu poſt ſcholaſticam lectionem, vt ijdem pueri Salutationem Angelicam, Orationem Dominicalem, ac fidei Symbolum flexis genibus recitent attentè, & deuotè,

12 Pius V. conſt. 48. 1.

,, vt omnia [13] de Chriſto, & per Chri- [13 Tertul. lib. de carm. contra Marcian. cap. 2.]
,, ſtum cuncta loquantur.

§. IV. Inuigilent Curati, ac Parochi, vt hoc officium, non ſolum pueris, adultiſque, ſed etiam ruſticis præſta-
,, re debeant, [14] nè ferina mente, & ani- [14 Theodoret. orat. 4. in Daniel.]
,, mo ſint, & merito ferina, & agreſti vita damnati; qua de re omnino obſeruari iubemus, quod ſi quis in confeſſionibus audiendis reperiri contingat, qui culpa ſua, nempè, quod potuit facere, & non curauit, vt Salutationem Angelicam, Dominicam Orationem, Symbolum fidei, ac Decalogi præcepta ediſcat, ei ſacramentalis abſolutio denegetur, ad matrimonium non admittantur, nec in Patrinum in Sacramento Baptiſmatis, & confirmationis excipiatur. Verum ſi vires ſuas adhibuerit, vt ea memoriæ mandet, & intellectus ineptia, indoliſque ruditate percipere non potuit, dignus abſolutione cenſetur, dummodo [15] Myſterium [15 D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. 6. 7.]
,, Incarnationis, Sanctæ, & Indiuiduæ
,, Trinitatis, & omnia, quæ per ſe credi-
,, bilia huiuſmodi ſunt, articulos fidei
,, expliciter credat, tenetur enim homo
,, articulos fidei expliciter credere, ſicut

tene-

,, tenetur habere fidem.

§. V. Monemus inſuper, & hortamur in Domino parentes omnes, & ſingulos cuiuſuis Dignitatis, quin eis præcipimus, & mandamus, vt ſæpe conſiderent, [16] quantum liberis proſit cura Iuſtitiæ, & quantum vitia voluptatis in illis vincant, priuilegia Naturæ. [17] Ideo vt viri Iuſti, atque perfecti in generationibus ſuis cum Deo ambulent, proprios filios doctrinam Chriſtianam inſtruere teneantur, & omni negligentia remota, id omnino compleant. [18] Tria enim Pater debet filijs, generationem, nutritionem, & inſtructionem.

16 Chriſoſt. homil. 9. in Math.

17 Geneſis 6. 9.

18 Ariſtot. lib. 8. Ethic.

DE

DE LECTIONE CASVVM *Conſcientiæ*.

CAPVT III.

§. I. DOMINVS noſter Ieſus Chriſtus ſic per Lucam Euangeliſtam ſuum nos Eccleſiaſticos increpat,
„ dicens [1] Veh vobis quia tuliſtis cla- [1] S. Lucas 11. 52.
„ uem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, &
„ eos, qui introibant, prohibiſtis: [2] Eo [2] Anaclet PP. ep. 1
„ quia doceri omnes oportet, vt qui Do-
„ mini Sacerdotio funguntur, cæteros
„ inſtruant, & ſibi proficiant. Idcirco lectio caſuum conſcientiæ in hac noſtra Cathedrali qualibet Hebdomada totius Anni, ſemel in die Dominico agatur per Canonicum idoneum, & ei merces Theologalis præbendæ perſoluatur, in qua omnes Confeſſarij animarum curam exercentes, præsbyteri, cæterique in ſacris ordinibus conſtitutis conueniant, & exiſtant. Tùm Clerici adſint honeſtè, & attentè, & qui eorum grammaticales ſcholas minus frequentant, pœnæ tareni vnius, alijſque noſtro arbitrio ſubijcimus,

mus, cuius pœnæ medietatem noſtro Actuario, reliquam pijs vſibus, locíſque applicamus. Tùm aliæ Diœceſanæ Collegiatæ Eccleſiæ lectione Caſuum Conſcientiæ non careant, ſed idem obſeruari in eis, præcipimus, vt in Cathedrali, per aliquem Clericum Sæcularem, aut Regularem à Nobis ſubſtitutum, & electum, congrua eidem ex fructibus dictarum Eccleſiarum aſſignata mercede, aut ſtipendio, iuxta modum, & formam, decretumque [3] S. C. T. nec non Cardinalis [4] Caetani noſtri meritiſſimi Prædeceſſoris in ſuis Synodalibus Conſtitutionibus, quas innouamus, & confirmamus, vt Clerus noſter quemadmodum, & [5] tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, doctrina lectionum caſuum conſcientię irrigatu, impinguetur, et maturum fructum afferat fidei Orthodoxæ, & ſemper virentibus folijs, idem placentibus Deo, actionibus decoretur.

3 Seſſ. 5. cap. 1.

4 Tit. 9. cap. vnico

5 Pſalm. 1. 3.

DE

DE SACRAMENTIS in genere.

CAPVT IIII.

§.I. LICET [1] nobis exploratum ſit de Sacramentis Catholicæ Eccleſiæ parum eſſe loquendum, & ſi de ijs vera loquamur, non niſi cum timore, ac pari reuerentia deceat. [2] Ipſa enim „ ſpecialiter habent virtutem ex paſſione „ Christi, cuius virtus quodammodo „ nobis copulatur per ſuſceptionem Sa- „ cramentorum in cuius ſignum de latere „ Chriſti pendentis in Cruce fluxerunt „ aqua, & ſanguis, qua propter vero cultu, ac ſanctitate tractari, adminiſtrari, & ſuſcipi tanta Sacramenta, æquum eſt, ne quod datum eſt in donum vniuerſis fidelibus ad ſalutem conſequendam, adminiſtrantium incuria, ac ſuſcipientium ignorantia, in iudicium, & damnationem tranſeat animarum. Quamobrem annuente Deo, eiuſque fauente Clementia, hæc quæ ſequuntur, circa eorum adminiſtrationem, ſtatuere, & ordina-

[1] Gloſ. ſum. de conſec. d. 1.

[2] D. Thom. 3. par. q. 62. art. 5. in corp.

re audemus. Parochi in eorum exer-
citio, & adminiſtratione populos ſibi
commiſſos doceant, quanta, & qua-
li pietate, deuotione, humilitate,
mente pura, ac corde contrito ad Sa-
cramenta Eccleſiæ accedere debeant.

3 D.Chryſoſt.hom. 17.in ep.ad hebr.

,, [3] Sancta Sanctis, ſi quis non eſt ſan-
,, ctus, non accedat, non ſimpliciter
,, dicit à peccatis mundus, ſed ſanctus;
,, Sanctum enim non mundatio tantum

4 Bernar. ſerm. in cœna Domini.

,, facit, ſed præſentia ſpiritus, [4] Mun-
,, dus, & lotus eſt, non ſolum quia
,, grauia peccata non habet, cuius ca-
,, put, ideſt intentio, & manus, ideſt
,, opera, & conuerſatio munda eſt, ſed,
" & pedes, qui ſunt animæ affectiones,
" dum in hoc puluere gradimur, ex to-
,, to mundi eſſe non poſſunt, qui ali-
,, quando vanitati, aliquando volupta-
,, ti, aut curioſitati cedant animas, nec
ſinant aliquem immodeſtè accedere ad
illi ſuſcipiendum, & præſertim mu-

5 Prima Pet.3.

,, lieres, Quarum [5] non ſit extrinſecus
,, capillatura, aut circumdatio auri, aut
,, indumenti veſtimentorum cultus, ſed
humili veſtitu, & demiſſis ornamen-
tis, & præcipuè in maiori hebdoma-

6 S.Gaudent.Epiſ. de manducatione agni Paſch. Bibl.oth.tom.2.

,, da, [6] In qua omnes pariter fidelium
popu-

„ populi exemplar paſſionis Chriſti ante
„ oculos habentes , & gerentes in manibus , ore etiam ſumentes , ac pectore contra venena Diaboli dulcem medicinam ſempiterni tutaminis conſequuntur , ſicut Spiritus Sanctus hortatur . Guſtate , & videte , quoniam ſuauis eſt Dominus , illas Sanctas Mulieres imitantes , quæ aromata ad Ieſu Chriſti corpus vngendum , non autem ad ſe redolendum emerunt . Monemus propterea Confeſſarios omnes , vt ſub pœna ſuſpenſionis huiuſmodi Mulieres , etiam Matronas in maiori Hebdomada nimis ornatas , & comptas ad ſacramentalem confeſſionem non admittant , doceant eas [7] Deum in animam glorificare , qui exteriorem ornatum non querit , qui tantum circa ſe curæ oſtendit , quantum ad ſanitatem ſufficere poteſt , quæ vnguentis delibuta non pergit , quæ faciem nequaquam fucis , atquè coloribus pingit , quæ Dei contenta opificio , nihil ex ſe addere , quaſi arte molitur , hoc etiam multo magis penſare debent homines , [8] quæ culpa , hoc etiam Viros appetere , à quo curat Paſtor Ec-

7 D. Chriſoſt. homil. 4. in 1. ad Timoth.

8 D. Gregor. homil. 6. in Euang.

 cle-

„ cleſiæ , & fœminas prohibere .

9 De ſacrif. miſſ. Lyuanus in Paralip. 15. & 12.

§. II. S. C. T. nos admonet [9] in miniſterio Sacramenti Euchariſtiæ , vt debitè fiat , non ſufficere gradum ordinis, niſi cum hoc ſit puritas mentis , & „ corporis ; [10] Nam malis non eſt fas , „ nec tangere ſimbula , ideſt ſacramen- „ talia ſigna, etenim Miniſtri debent Do- „ mino conformari , ſecundum illud Le- „ uit. Sancti eritis , quoniam ego San- „ ctus ſum , & Eccleſiaſt. 10. ſecun- „ dum Iudicem Populi , ſic , & Mini- „ ſtri eius . Illudquè Leuitic. 21 . At- „ tentè conſideret homo , qui habuerit „ maculam , nè offerat panem Deo „ ſuo , nec accedat ad miniſterium , „ nec accedat ad Altare , nam contami- „ nare non debet Sanctuarium . Quapropter Sacramentorum vniuerſos Miniſtros hortamur , & in Domino obſecramus , [11] nè tranſeant in locum ta- „ bernaculi admirabilis , niſi in voce „ exultationis, & confeſſionis , [12] in vo- „ ce exaltationis de Dei beneficio , & „ confeſſionis de proprijs peccatis , [13] fu- „ giant odium,quoDominus peccata pro- „ ſequitur,qui non ſolum peccata longe à „ ſe abigit,ſed etiamvas,quod ſanguis ho- ſtiæ

10 D. Thom. p. 3. q. 64. art. 6.

11 Pſalm. 41.

12 Vgo Cardin. ibid.

13 Oleaſt. in Leuit. 6. 28.

„ ſtiæ pro eo tetigit, confringi pręcepit.

§. III. Et vt pari qua decet reuerentia; miniſtretur, præcipimus Eccleſiarum Rectoribus, vt in adminiſtratione Sacramentorum, nempè Baptiſmatis, Euchariſtiæ, Pęnitentiæ, Matrimonij, Extremæ vnctionis, quorum tantum Sacerdotes ſunt Miniſtri ſe 14 Iſaia 52.1.
„ [14] induunt veſtimentis gloriæ ſuæ, ſcilicet veſtem talarem, & coctam cum 15 Cyprian. in ex poſit. Orat. Dominicæ.
„ ſtola habeant: [15] Placendum eſt enim
„ Diuinis oculis, etiam in habitu corporis, ſi quis enim tranſgreſſor extiterit, grauiter noſtro arbitrio punietur.

§. IV. Præcipimus item Parochis, alijſque curam Animarum exercentibus, vt in Sacramentorum adminiſtratione, & ſacramentalium exercitio ſemper vtantur Rituali Romano nuper Pauli Quinti Pontificis Maximi iuſſu edito, [16] ita 16 Iſai. 38.16.
„ vt requirant diligenter in libro Domini, & legant, formas verborum intelligibili voce pronuncient, præterquam auguſtiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ, quæ ſecreto eſt proferenda, & exteriores geſtus ita componant, quod præſentes [17] cognoſcant, quod 17 Eccleſiaſt. 39.41.
„ corde, & ore collaudant, & benedicunt

cunt Dominum, illud Alexandri Tertij ſemper memoriæ recolentes, [18] Accedat verbum ad elementum, & fiat Sacramentum, nempè ad eorum perfectionem requiri materiam proximam, formam, Miniſtrorumque intentionem, ſaltem virtualiter, eruditè decreuerunt Scriptores Eccleſiaſtici.

18 Cap. ni vt apponeres de bapt.

§. V. Parochorum, pro Sacramentorum „ adminiſtratione [19] non ſit porrecta ma„ nus ad accipienda collecta. Nam quod gratis receperunt, gratis retribuere recordentur. Si verò ſponte aliquid offerri, & dari, mos eſt ex rationabili conſuetudine, nullo præcedenti pacto, & exactione, liberè, ſine reatu ſimoniacæ labis accipiant, & nihilominus omni alacritate, & promptitudine, etiam ſi noctu neceſſitas po„ ſtulauerit, [20] propter gemitum paupe„ rum exurgant, adueniant, & admini„ ſtrent, [21] beneficij, gratia, prom„ ptitudine, & celeritate conduplicatur; nàm, ſi quod Deus auertat, eorum negligentia aliquem ſine Sacramentis obire, conſtabit, grauiſſimis pœnis iuxta Canonicas ſanctio-

19 Eccl. 4.36.

20 Pſal. 11. 6. 43. 36.

21 S. Gregor. Nazian. orat. 16. de pauper.

ctiones à Nobis mulctabitur .

§. VI. Ne poſſit ; ac valeat nefaria manus maleficia aliqua ſacramentalibus fabricare , ſtatuimus , vt in omnibus Eccleſijs Sacra Oleà , tremendum , & ſuauæ Euchariſtiæ Sacramentum , ac Baptiſmalis fons ſub tutis ſeris conſeruentur , & claues penes ipſos Parochos tantùm , non autem alterius fidei committantur , taleſquè ſint ſtructuræ , vt ab alijs non facilè vitiari poſ-
,, ſint . [22] Hortus enim concluſus eſt , [22] Cantic. 4. 12.
,, & fons ſignatus . Quod ſi illi , ad quos Sacramentorum ſtudia ſpectat , ea incautè relinquerint , trimeſtris ſuſpenſionis , iuxtà [23] Innocentij III. conſtitut. pœnas ſubibunt , & ſi miniſtrorum incuria aliquid nefandum obueniet , grauiori vltioni ſubiaceant . Qua de re ipſis diſtrictè præcipiendo mandamus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ,ac carceris noſtro arbitrio, nè Sacramentis abutantur,nec alijs abutenda,etiam prętextu medicinę,ſeu maleficij deſtruendi concedant, aut ſinant, ea permitti , nè propter irreuerentiam Sacramentorum ira Dei ſæuiat in Populos.

[23] Cap. 1. cum gloſ. de cuſtod. Euchar.

DE

DE SACRAMENTO *Baptiſmi.*

CAPVT V.

§. I. SAcroſanctum regenerationis la-
» uacrum, in [1] quo noua pror-
» ſus efficimur Creatura, nouæ legis Sa-
cramentum, adeò ad ſalutem ſimpli-
citer eſſe neceſſarium, docemur, per
» illud, [2] niſi quis renatus fuerit ex
» aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt
» introire in Regnum Dei. [3] Ad hoc
» enim datur Baptiſmus, vt aliquis per
» ipſum regeneratus incorporetur Chri-
» ſto, factus membrum ipſius, vnde
» dicitur in Galat. 3. Quicunque in Chri-
» ſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis,
» vnde manifeſtum eſt, quod omnes
» ad Baptiſmum tenentur, & ſine eo
» non poteſt eſſe ſalus hominibus. Idcir-
co intelligent Parochi, & cæteri, ad
quos Sacramenti huius adminiſtratio
pertinet, ne aliquis infans abſentia,
vel miniſtrorum negligentia ſine Ba-
ptiſmo moriatur, ſi acerrimas pœnas
ſubire noluerint.

1 Concil. Trid. ſeſ. 14. cap. 2.

2 Ioan. 3. 35.

3 D. Thom 3. par. q. 68. art. 1.

Cum

§. II. Cum igitur hoc venerabile Sacramētum per magnæ neceſſitatis ſit, [4] ſine „ quo ſalutem conſequi non poſſumus. Deus optimus maximus, qui neminem perire, ſed omnes homines vult ſaluos fieri, eiuſdem Sacramenti adminiſtrationem, non ſolum Sacerdotibus, alijſque Eccleſiæ Miniſtris, verùm etiam neceſſitate cogente, laicis, mulieribuſque cōceſſit, [5] quibus licet non permittitur „ publicè, ac ſolemniter baptizare, ſed ta„ men poſſunt baptizare in neceſſitatis articulo, dummodo cum materia, & forma debitis, intentionem habeant faciendi, quod facit Eccleſia. quapropter mandamus Parochis, vt ſaltem quater in anno in maiori populi ad Miſſarum ſolemnia, frequentia, & concurſu, de prædictis populum inſtruant, & admoneant, vt omnes, remoto quocumque errore, ſecurè inſtanti caſu, exercere poſſint, vt „ baptizati, [6] & induti Chriſto habeant „ tunicam Iuſtitiæ, & ſic culpa noſtra vllo tempore animæ fidelium detrimentum non patientur. Obſtetrices omnes, quæ in [7] articulo neceſſitatis poſſunt baptizare; omnes Parochiæ Curati ſemel ſaltem in anno doceant, & inſtruant, qui-

4 D.Thom.q.68. art. 1.

5 D.Thom.qu.67. art 4.ad primum.

6 S.Hieron l. 17.in Iſai.

7 D.Thom.ibid.

bus verbis, & quanam materia, poſſint pueros, neceſſitate vrgente, baptizare, ritumque ſeruare, quomodo poterint; " ne earum errores [8] paruuli per non ſu-" ſceptionem Caracteris, alijs membris " Chriſti, non conformentur. Nec Obſtetrices tale munus exercere valeant, ſub pœna excommunicationis, niſi prius à Parochis approbatæ fuerint, ſuper Sacramenti Baptiſmatis, in caſu neceſſitatis adminiſtrationem.

8 D.Thom.3. p.q. 68.art.1.

§. III. Ex inſtitutione Diuina bene intelli-" gant Parochi, [9] aquam eſſe propriam " materiam huius Sacramenti, [10] quia eſt " regeneratio in ſpiritualem vitam, quod " maximè congruit aquæ, & ad ſignifican-" dam, & cauſandam ablutionem peccatorum: Ipſa enim fuit Chriſtus Dominus in Iordane baptizatus, quando aquæ vim tribuit regeneratiuam, & ex eius latere in Cruce pendentis, de qua omnia Sacramenta emanarunt, [11] exijt ſanguis, & " aqua, ſed exijt aqua primum, quia prius " baptiſmate diluimur, & poſtea myſterio " dedicamur. In [12] forma exprimitur cau-" ſa Baptiſmi, eſt autem eius duplex cauſa, " vna quidem principalis à qua virtute ha-" bet, quę eſt Sancta Trinitas, altera autem

9 D.Thom. 3.p. q.66.art.3.
10 S.August. trac. 120.
11 D.Chriſoſt.homil. ad Neoph. ton.5.
12 D.Thom. ibid. art.5.

Inſtru-

„ Inſtrumentalis, ſcilicet Miniſter, & ideo
„ oportet in forma Baptiſmi de vtraque
fieri mentionem, quod Alexander [13]
III. repetiuit ſub his verbis. EGO TE
BAPTIZO IN NOMINE PATRIS,
ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI:
AMEN. hæc eſt forma, quam Eccleſia
Romana ſeruat.

13 Cap. 1. de Bapt.

§. IV. In priuatis domibus nullus baptizetur, præter quam [14] Clemen. V. in Concil. Viennen. Conſtitutionis forma ſeruata ob imminentis mortis periculum, huiuſmodi baptizatus, intra octo dies, vel cum primum conualuerit, ad Eccleſiam perducatur, vbi à Parocho perquiratur, an ritè baptizatus fuerit, & reliquas cęremonias ad ſacrũ ritum Romanum præſcriptas ſuppleat. [15] Verum
„ ſi de Baptiſmo alicuius dubitatio habea-
„ tur, & nec ſcriptis, nec teſtibus certa ra-
„ tio habeatur, vtrum ſit baptizatus, ſub
„ conditione baptizetur, ne talis dubitatio,
ruina fidelibus fiat, & forma erit. SI
NON ES BAPTIZATVS, &c. quæ
forma etiam in expoſitis ſeruabitur, cum
nulla certa notitia, an ſit baptizatus haberi poſſit.

14 Clem. vnic. de bapt.

15 Gregor. ad Felic. Siciliæ Epiſc. cap. 31. lib. 12.

§. V. Non [16] eſt differendum Baptiſma:

16 D.Tho.3.p. 16. quæſt.68.

Ideo curent Parochi, vt infantes intra octo dies ſaltem ad fontem traducantur,
,, propter periculum mortis, quia non
,, poteſt eis alio remedio ſubueniri, niſi
,, per Sacrum Baptiſmum, omni ornamento, & pompa remotis, vt renunciatio, quæ diabolo, & mundi vanitatibus in hoc ſacro lauacro fit verbo, &

17 Ad Galat.3.27.

,, opere repugnare non videatur, [17] Et
,, in Chriſto baptizati Chriſtum induant,

18 D. Thom. 3.p. q. art.1.

,, Quoniam [18] ſpiritualis regeneratio,
,, quę fit per Baptiſmum aſſimilatur quod-
,, ammodo generationi carnali, vnde dicit
,, prima Petri 2. ſicut modo geniti infan-
,, tes rationabiles, & ſine dolo lac concu-
,, piſcete, in generatione autem carnali
,, paruulus nuper natus indiget Nutrice,
,, & Pedagogo, vnde, & in ſpirituali ge-
,, neratione Baptiſmi requiritur aliquis,
,, qui fungatur vice Nutricis, & Pedagogi
,, informando, & inſtruendo eum, quaſi
,, nouitium fidei, de his, quæ pertinent
,, ad fidem, & vitam Chriſtianam, ad
,, quam Prælati vacare non poſſunt, circa
,, communem curam Populi occupati:
,, Paruuli enim indigent ſpeciali cura, præ-
,, ter communem, & ideo requiritur,
,, quod aliquis ſuſcipiat Baptizatum de Sa-

cro

„ cro fonte, quaſi in ſuam inſtructionem, „ & tutelam. [19] Ideo vnus tantum ſiue „ Vir, ſiue Mulier, iuxta Sacrorum Ca- „ nonum inſtituta, vel ad ſummum vnus, „ & vna Baptizatum de Baptiſmo ſuſci- „ piant, ipſumque infantem ambo tan- „ gant, quod omninò præſtare procurent, „ vt Spiritualẽ Cognationem contrahant.

19 Conc. Trid. ſeſ. 24. de reform. ma trim. cap. 2.

§. VI. Doceant Parochi, [20] quod ſicut ille, „ qui Sacramentum confert, gerit perſo- „ ſonam Dei, cuius inſtrumentum, & „ Miniſter eſt, ita ille, qui Baptizatum „ ſuſcipit de Sacro fonte gerit perſonam „ Eccleſiæ, vnde ad vtrumque ſpiritualis „ cognatio contrahitur. [21] Et ideò ſpiri- „ tualis cognatio tranſit à Patre in filium „ ſpiritualem, alia quæ dicitur compater- „ nitas, quæ eſt inter Patrem ſpiritualem, „ & carnalẽ eiuſdẽ. Tertia autẽ dicitur ſpi- „ ritualis fraternitas, quæ eſt inter filium „ ſpiritualem, & filios carnales eiuſdem „ Patris, & quælibet harum impedit Ma- „ trimonium contrahendum, & dirimit contractum. [22] Et ideo Parochus ante- quam ad Baptiſmum contrahendum ac- cedat, diligenter ab ijs, ad quos ſpecta- bit, ſciſcitetur, quam, vel quos elege- rint, vt baptizatum de Sacro fonte ſuſci- piant.

20 D. Tho. in ſup- plem. 3. p. qu. 56. art. 3.

21 Art. 5.

22 Concil. Triden. vbi ſupra.

piant. Caueant autem nè excommunicati publici, notorij peccatores, ſeu infames, aut qui Paſchali præcepto non ſatisfecerint, qui Sacramentum confirmationis nondum acceperint, qui Salutationem Angelicam, Orationem Dominicalem, Symbolum fidei, ac Decalogi præcepta ignorauerint, qui quattuordecim annos nondum compleuerint, tùm cuiuſcunque Ordinis Regulares abſque propria Superiorum, & noſtra, ſeu noſtri Generalis Vicarij licentia ad ſuſcipiendum de Saro fonte paruulos non admittantur.

§. VII. Innocentius[23] Papa Chriſtianos à Chriſto Domino appellari aſſeruit, ac proinde Parochis, aut Curatis, præcipuè in locis Albanenſibus curam animarum habentibus, diſtrictius præcipiendo mãdamus, vt in poſterum paruulis baptizãdis, gentilium, impiorumuè hominum nomina, quæ Etniciſmum ſapiunt, non imponant, ſed tantum nominibus Sanctorum, qui ab Eccleſia venerantur, infantes nominentur, vt fideles ab infidelibus diſtinguantur, & ab ipſa[24] appellatione à terrenis ad cœleſtia tranſire, & à viſibilibus iſtis ad inuiſibilia, cognitionem-

23 Cap. Vnico de Sacr. vnct. §. quia vero.

24 Euſeb. Cæſar. lib. 11. de præpar. Euang. cap. 4.

,, nemque Creatoris migrare admoneantur.

§. VIII. Non permittant Curati, aut Parochi, ſal benedictum, olea, aquam fontis Baptiſmalis, albas candelas laicorum domos deferri, vt omnis Superſtitionis amputetur ſuſpicio, nè inde aliquod maleficium conſtruendi occaſio detur. A laicis Sacrum non attingatur. Linteum, quo pueri caput abſtergitur in Eccleſiaſticum vſum conuerti mandamus, bombax ſtatim vratur, & immittatur in Sa-
,, crarium, [25] aliquando negligentiæ pec- [25] Theodor. de
,, cata erunt, quamuis non malignitatis. homicid. Vri:

§. IX. Parochi ~~, alijque Baptizantes,~~ per ſe ipſos Baptizatorum, ſuſcipientium nomina, cognomina, dies, & horas natiuitatis in libro ad id parato deſcribant, iuxta formam in Rituali Romano deſcriptam, & à CARDINALI CAETANO noſtro eruditiſſimo [25] Prædeceſſore ſi- [25] Tit. 20. cap. 5.
gnatam, ſub pœna ſcuti vnius, alijſque noſtro arbitrio imponendis.

§. X. Sit fons lapideus, & orbicularis, integer, & eleuatus, ſi commoditas feret, pyramide, ſeu ciborio, conopeo ex aliqua decenti materia ſuperpoſito, ſit ornatus, ſine rimulis ad puluerem arcen-

dam

dam , nè aqua benedicta foris per eam guttatim effluat , ligneis cancellis circumſeptus , ac claui benè firma aſſeratus , habeat tabulam intermediam , in qua Vaſa cum ſacris oleis reponantur , & conſeruentur , ac coclear ad aquam fundendam . Vbi verò ex lapide haberi nequit aqua Baptiſmalis in Vaſe æneo , ſtamno libuto ex parte interiori, & coherenti parieti conſeruetur.

§. XI. Sacrarium ſit propè fontem , illudquè altum , & profundum , quod mundum , & clauſum cuſtodiatur , clauis penes Parochos ſemper ſit , & ſupra ipſum Sacrarium Baptizerium verſus picta ſit Imago Sancti Ioannis Baptiſtę Chriſtum Dominum Baptizantis.

§.XII. Conſeruetur Sanctum Criſma, oleũquè Cathecumenorum cum munda bõbice in duobus Vaſculis argenteis , aut ſtamneis, licet coniunctis, loculi eorum habeant litteras impreſſas, vt alterum ab altero diſtingui poſſit. Oleum autem infirmorum ſit in quodam Vaſe repoſitum , & ſerica burſa , ſeu velo inuolutum .

§. XIII. Curent Parochi, vt in ipſo die Cœnæ Domini, tunc enim, & non alio tempore

pore benedicuntur ſacra olea, per ſemetipſos, ſeu per Diaconum, Subdiaconum, aut ſaltem Clericum à noſtra Metropolitana Eccleſia noua olea, veteribus combuſtis, ad eorum Eccleſiam in ſupra ſignatis vaſculis benè mundis, ac alportentur reuerenter, & in ſuis locis collocentur, & per Sacriſtam maiorem, qui diſtributioni præeſt, in libro ad hoc ſignato nomina, cognomina recipientium, dies, & à quibus miſſi fuerint aſportatores, ac pro qua Eccleſia, accuratè deſcribantur, eos verò, qui veteri oleo, aut aliundè accepto, quam ex noſtra Cathedrali, vtuntur præter caſus præciſę neceſſitatis, excommunicationis ſententiam, ſtatuimus, præter alias pœnas reſeruatas noſtro arbitrio, ipſo facto incurrere.

§. XIV. Et denique moneant Parochi, cæterique curam Animarum habẽtes puerperas omnes de fructu, & vtilitate, quæ ex benedictionibus Eccleſiaſticis percipere poſſint toties, quoties eis contingerit, vt quum primum poſt partum cõualuerint, ad Eccleſias Parochiales iuxta receptum, approbatum, & laudabilem illuſtrium Vrbium morem, pergant de-

uotè, & ad Dei Optimi Maximi gratias pro tantis, tranſactiſque partus periculis, reddendas, ſuſcipiant miſericordiam Dei in medio templi ſui, & benedictionem ab ijſdem Parochis, aut Curatis, ſeu alijs, ad quos ſpectabit ad præſcriptum S. R E. recipiendum; Oblatio enim [27] iuſti impinguet Altare, & odor ſuauitatis eſt in cóſpectu Altiſſimi, quod ſi Monitorem paruipendant, pro certò habeant, non leuiter Dei bonitatem offendere, & maiora pericula in futuris partubus ſubituras fore.

26 Pſalm. 45. 10.

27 Eccleſiaſt. 35. 8

DE SACRAMENTO Confirmationis.

CAPVT VI.

§. I. SAcramentum Confirmationis adeò eſt excellens, tantæque efficacię, [1] vt quamuis Sacramentum Baptiſmatis ſit efficacius, quam hoc Sacramẽtum quantum ad remotionem mali, eò quod eſt ſpiritualis generatio, quæ eſt mutatio de non eſſe in eſſe, hoc autem Sacramẽtum eſt efficacius ad proficiendum in bono; quia eſt quodam ſpirituale argumentum

1 D. Thom. 3. par. q. 72. art. 11. ad 2. & in ſupl. q. 56. ar. 2. ad primum.

,, tum de eſſe imperfecto ad eſſe perfectũ,
,, vt ſicut Baptiſmus generatio quædam
,, ſpiritualis eſt intra Eccleſiæ vterum, qua
,, aliquis intra Eccleſiam, quaſi debilis, ac
,, fouendus regeneratur; Sic Cenfirmatio-
,, nis Sacramentum regeneratio ſpiritualis
,, eſt ex vtero Eccleſiæ, per quam homo
,, roboratus exponetur in publicum ad
,, confeſſionem Nominis Chriſti: [2] Vn-
de Melchiades Papa ſcripſit, ipſum à
Baptiſmo ſegregari non poſſe, [3] & in
Concil. Aurelian. ſic ſtatutum, quod
nunquam erit Chriſtianus, qui Epiſco-
pali Confirmatione inunctus non ſit.
Hoc igitur Sacrum Criſma neceſſarium
de neceſſitate ſalutis; [4] Fideles omnes
,, per manus impoſitionem Epiſcoporum
,, ſpiritualium per Baptiſmum accipere de-
,, bent, vt plenè Chriſtiani inueniantur,
,, quia cum Spiritus Sãctus infunditur, cor
,, fidele ad prudentiam, & conſtantiam di-
,, latatur: de Spiritu Sancto accipimus, vt
,, efficacimur Spirituales, quia Animalis
,, homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus
,, Dei: De Spiritu Sancto accipimus, vt
,, ſapiamus inter bonum, malumquè di-
,, ſcernere, iuſta diligere, iniuſta reſpue-
,, re, vt malitiæ, & ſuperbiæ repugnemus,

2 c. de his vero de conſec.3. 5.

3 Conc. Aurel.an. cap.3.

4 Vrbanus primus ep.vnic. in fine.

„ vt luxuriæ, & diuerſis illecebris, & fœ-
„ dis indignis cupiditatibus reſiſtamus:
„ De Spiritu Sancto accipimus, vt amore
„ vitæ, & gloriæ ardore ſuccenſi erigere à
„ terrenis mentem ad ſuperna, & diuina
„ valeamus. Et licet [5] in cœleſtibus ago-
„ nibus omni perſonæ, ætati, ac ſexui, in-
„ diſcreta facultate ſtudium patet, tamen
paruuli rationis vſu expertes tanquam
modo geniti lac concupiſcentes, propter
ætatis imbecillitatem iniquiſsimi hoſtis
inſidias, vt euitare poſsint, & propter rei-
terationis periculum ante ſeptemnium
Criſmate inungi non adducantur; Ve-
rùm non vlterius dilatetur. Nam [6] pe-
„ riculoſum eſſet, ſi ab hac vita ſine con-
„ firmatione migrare contingeret, nó quia
„ damnaretur niſi fortè per contemptum,
„ ſed quia detrimentum perfectionis pa-
„ teretur. [7] Moneantur adulti confeſsio-
ne facere prius, vt mundi donum Spiri-
tus Sancti valeant accipere, & tunc per
hoc Sacramentum perficitur pœnitentię
affectus, ſicut & Baptiſmi; Quia per gra-
tiam collatam in hoc Sacramento conſe-
quitur pœnitens pleniorem remiſsionem
„ peccati, acriores, & fortiores [8] tran-
„ ſeunt per medium Caſtrorum Diabo-
li,

5 D. Chriſoſt. apud D. Thom. 3. p. q. 62. art. 8.

6 D. Thom. 3. p. q. 72. art. 8. ad 4.

7 Concil. Auriac. apud D. Thom. 3. p. q. 72. art. 7. ad 2.

8. Ioſue. 1. 1.

„ li, [9] qui ſi ſe ab homine præuiſum ſen- „ ſerit, deponit ferociam, & currere non poteſt.

[9] S. Ambroſ. in pſalm. 21.

§. II. Quoniam [10] illi, qui aſſumuntur ad „ pugnam, indigent eruditoribus, à quibus „ inſtruantur de his, quæ pertinent ad mo- „ dum certaminis, ideo ille, qui accipit hoc „ Sacramentum ab alio tenetur, quaſi per „ alium in pugna ſpirituali erudiendus, vt bonum certamen certans, facillimè ad coronam Iuſtitiæ peruenire poſſit.

[10] D. Thom. 3. p. q. 72. art. 10.

§. III. Inſuper de Patrinis, aut Compatribus, qui ad Sacramentum Confirmationis conuocantur, & hi confirmandos accipiunt, quidquid in Sacramento Baptiſmi ſtatuimus, in hoc cenſemus, hoc tùm addentes fœminis licere fœminas, maribus mares accipere, & tenere, nihilominus vtrique ex regularibus interdicimus, ſine licentia, pro ut loci, & temporis opportunitas exegerit, à nobis vt ſupra concedenda.

§. IV. Parochi, ſeu alij Præsbyteri ad id deputati, confirmatorum frontem per Archiepiſcopum delinitam, abſtergant, ac faſcicula linea munda mundent, combuſtamque bombicem in Sacrarium inijceant; librum poſtremo habeant, in

quo

quo nomina, & cognomina confirmato-
rum deſcribant, Populoſque de cogna-
tione Spirituali in hoc Sacramento con-
tracta, ac debitô, ad quod tenentur,
admoneant. Tum cæteros alienæ Diœ-
ceſis nobis confirmandos non offerant,
mares à fœminis in actu Confirmatio-
nis ſegregentur, & reliqua in Edicto à
nobis triduo ante propalando contenta,
diſtrictè obſeruari volumus, & manda-
mus.

DE POENITENTIA

CAPVT VII.

§. I. NOn parum quidem refert co-
gnoſcere, cur ſancto Pœniten-
tiæ Sacramento [1] inhærere, tamquam
„ naufragus tabulæ, Sancti Patres hortan-
tur; Eſt enim tantæ neceſſitatis, [2] vt
„ cum voluntarius Dæmon ſit peccatum,
„ & magnus Dæmon tantummodo opus
„ eſt, vt per confeſſionem foras veniat.
Iuxta illud Saluatoris noſtri, [4] niſi pæ-
„ nitentiam habueritis, omnes ſimiliter
„ peribitis; vnde Deus [5] cuius magnifi-
„ ca operatio nobis ineſt ex gratia, ex no-
ſtra

1 S. Ambroſ. ad virgines.
2 S. Chriſoſt. hom. 28. ad Rom. to. 4.
3 S. Greg. PP. in Pſ. vlt.
4 Luc. 13. 3.
5 S. Dioniſ. Carthuſ. in expoſ. Pſ. 110.

ſtra imbecillitate cognoſcens [6] tradere 6 primo Cor. 5.5.
„ Satanæ in interitum carnis, vt Spiritus
„ ſaluus ſit, dedit [7] poteſtatem iudican- 7 Richard.S.Vict. in Matt.16.19.
„ di, & remittendi miniſterialiter peccata.
„ hoc autem fieri non poteſt, niſi per accu-
„ ſationem peccatorum, quia [8] pecca- 8 D.Thom.in ſup. pl.q.6.art.1.
„ tor, qui reus eſt, non debet eſſe ſui ip-
„ ſius Iudex, ſed ab alio iudicari oportet,
„ de quo ei cõfitebitur. Parochorum pro-
pterea partes erunt, ſæpe inter Miſſarum
ſolemnia dierum feſtorum Populum do-
cere, & iuxta [9] Sacr. Concil. Trident. 9 S.Conc.Tri.ſeſſ. 14.cap.3.4.5.& 6
diſpoſitionem explicare, quanta ſit hu-
ius Sacramenti neceſſitas, qui ſint eius
effectus, & fructus, quibus partibus cõ-
ſtet, ſubſtantialibus nè, an integralibus,
qua præparatione, & humilitate ad con-
feſſionem accedere debeant. Noſtram
„ malitiam, [10] & Diuinæ Bonitatis, & 10 S.Bern.in ſer.ad mil.t.templ.c.12.
„ Virtutis magnificentiam minimè ta-
„ ceant; magnum quidem confeſſionis
„ bonum Dei eſt donum, & Dei eſt opus,
„ & opus eius coram illo. Et dum munus
confeſsionis exercent, ſtudeant, ne quid
ad eorum ſubſtantiam, & formam per-
tinet, prætermittant, nè dum alios abſol-
uere nitantur, metipſi cum illis illaque-
entur, & ambo in foueam damnationis
dilabantur.

Ca-

§. II. Caueat omnis Sacerdos ſiuè Regularis, ſiuè Sęcularis ſit, in hac Ciuitate Tarentina, & Diœceſi noſtra ſęcularium audire confeſſiones ſine noſtra licentia.

11 Luc.5.5. „ Non niſi [11] in verbo Domini laxabant

12.S.Ambroſ.lib.4. in cap.5.Lucæ. „ rete Apoſtoli ad piſcationem [12] illius piſcis, quem capiunt piſcatores hominum, eſt noſtra confeſsio. Quæ gratis; & nulli concedatur ſine præuio, ac diligenti examine, & veritate præcognita, an probatæ

13. Hier. in cap.2. malachiæ. vitæ ſit, & bonæ conditionis. In [13] Sa-
„ cerdotis pectore rationale eſt, & in ra-
„ tionali Doctrina, & Veritas ponitur, vt
„ diſcamus, Sacerdotem doctum eſſe de-
„ bere, & præconem Dominicæ veritatis,
„ labia enim Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Regularibus nunquam licere mandamus fungi poteſtate abſoluen. ſine eorum Superiorum commendatitijs litteris, & approbationibus à nobis, aut noſtro Vicario examinandis.

§. III. Mandamus inſuper omnibus, & quibuſcunque Sacerdotibus, quibus audiẽdæ ſacræ Confeſsionis officium commiſſum eſt, ipſoſque Confeſſarios omnes monitos eſſe volumus, ne limites facultatum illis conceſſarum excedant in abſolutionibus; Hinc præcipimus diſtrictè,

etiam

etiam Regularibus, non licere ſub prætextu cuiuſuis priuilegij, qualibet Dignitate, non obſtante, à caſibus nobis reſeruatis pœnitentes abſoluere, ſine noſtra, aut noſtri Vicarij Generalis ſpeciali delegatione, ſub pęnis in decretis à Sacra Epiſcoporum, & Regularium Cōgregatione [14] de mandato Clementis PP. VIII. inflictis, nec non pęnas omnes à Sacris Canonibus ad id ſtatutas incurrant, ſicut eruditè in Synodalibus cōſtitutionibus Cardinalis [15] Caetani noſtri digniſſimi prædeceſſoris, quas innouamus, & innouatas eſſe volumus ſancitum eſt.

14 9. Ianuarij 1601 & 26. Nouembris 1602.

15 In Synod. Taren. in. tit. 24 c. 2.

§. III. Nullus Sacerdos extra Eccleſiam Confeſſiones quorumcumque, & præſertim fœminarum, niſi languentium audire audeat. Et vbi hoc Saramentum in Eccleſia miniſtrare contigerit, ante omnia ſtudeat, [16] vt carnalis vo-
„ luptas in eis intereat, [17] Nam febres in
„ alto ſitæ non queunt mitigari; cum fo-
„ ris eruperint, ſpem afferunt deſinendi,
„ ita peccatorum morbus dum tegitur, in-
„ ardeſcit; ſi confeſſionibus proditur, euaporat. Sacerdos in officio confeſſionis ſit Stola, Cotta, & bireto indutus, in

16 Aug. in 1. Cor. 5. 5.

17 S. Amb. in Pſ. 37

Confeſſionali ligneo ſedens ad formam à Cardinale Caetano noſtro præclariſſimo prædeceſſore traditam, in quo ipſe, & pœnitens ab aſtantibus palam conſpiciatur; ſit in confeſſionibus audiendis diſcretus, prudens,[18] beneuolus, paratus erigere, & ſecum onus portare; adiuuet confitentem orando, iuuet leniendo, conſolando, ſpem promittendo, & cum opus fuerit, etiam increpando: ſit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij; tum peccata eorum circunſtantias, ſpeciem mutantes, iuxta[19] Sacr. Concil. Tridentin. ſanctionem de neceſſitate, & confeſſiones integritate doceat explicanda; graues, & leues ſimul erudiat pęnitentem ad cognoſcendas eorum criminum circumſtantias, ſpeciem non mutantes, & ſi de neceſſitate ſalutis accuſandus ſit, corripiat reum, ſic de perfectione mellifluis hortetur verbis. Ideo diligenter inquirat, & ſtudeat, vt cognoſcat peccatoris conditionem, vt ex ea poſsit, & valeat intelligere, quomodo ei, eiuſque conſcientiæ conſulere, & mederi. Ille[20] enim delictum ſuum cognitum facit, qui non ſolum, quod fecit annunciat, ſed etiam omnem peccati

18 S. Aug. lib. de vera, & falſa pænitentia cap. 20.

19 Loco ſupra proxime citatato.

20 S. Greg. magn. in pſ. penet. 2.

,, cati cauſam, & originem narrat, qui
,, non ſuperficiæ tenus peccatum loquitur,
,, ſed etiam quando, & quomodo, ſi vel
,, ignorantia, vel caſu, vel ſtudio delique-
rit. Qua propter idiotas, & ruſticos
inſtruat ſuper examen conſcientiæ pec-
cata mortalia, & pręcepta Eccleſiæ reuo-
luendo, vt ſciant benè commiſſa pecca-
ta confiteri; [21] voluit Deus erudire
,, ignorantiam, informare fidem, ſpem
,, conſolidare, ablactare à viſibilibus, &
,, inuiſibilibus paſcere. Et denique [22] Sic
,, Diuina negotia gerat, & ſaluti prouideat,
,, vt malignus ille deprehendere omnino
,, non poſſit. [23] Nulla ſit diſtantia perſo-
,, narum, ita paruum adiuuet, & magnum,
,, memores, [24] quod Paradiſi fluuius, qui
,, ex principali ſui fontis origine profluens,
,, ac vberiori cęleſtium Cariſmatum inun-
,, datione procedens, ſqualentia deſerta,
,, humanarum mentium irrigat, & ad pro-
,, ferenda bonorum operum, tanquam no-
,, uarum frugum germina vberrima felici-
tate fæcũdat. Pœnitentiam pecuniariam
rarò imponat, & tunc, neque ſibi, neque
Eccleſiæ ſuæ applicet, neque ad elee-
moſynarum diſtributionem ſibi ipſi, aut
ſuis demandari procuret, ad ſordis ſuſpi-

21 B. Laurentius Iuſtinian. de caſto connub. cap. 19.

22 S. Bern. Serm. de verbis Iſaiæ tom. 1.

23 Deut. 1. 17.

24 S. Petr. Dam. in Laudib. S. Ioan. Euang.

tionem vitandam, & nè fiat iudicium à pęnitentibus peccata eleemoſynis redimi, verum ſi peritia, & prudentia Iudicis ſpiritualis, ſcilicet Confeſſarij iudicabit eleemoſynam imponendam eſſe pro pœnitentia, tunc illarum largitionem pę-
25 Iſ.55.1. ,, nitentis arbitrio demandet, [25] vt ve-
,, nient emere abſque argento, & abſque
,, vlla commutatione vinum, & lac, ideſt
,, diſcant, abſque pretio, & abſque pecu-
,, nia doctrinam meliorem vino, & lacte.
Si autem conſtiterit aliquem Confeſſarium pro abſolutionis beneficio aliquid petijſſe, ab officio confeſsiones audiendi perpetuò ſuſpendatur, & à proprio dolo irretitus exiſtat; Verum non ſit ſuſpenſus ille, cui liberè, & ex charitate aliquid ſit ei collatum, in quo etiam ſegerat Confeſſarius prudenter; Et licet quandoque pęnitentem abſoluere valeat; expedit tamen in aliquibus caſibus abſolutionem differre, vel negare, ad contritionem augendam, ad præſeruandum à peccatis pęnitentem, in quo Confeſſarij prudentia nimis verſari debet.

§. IV. Caueat Sacerdos, nè verbo, aut ſigno, aut aliquo quocunque modo peccatorem, aut eius peccatum in confeſsione

audi-

auditum quacunque occaſione, vel vtilitate publica, aut priuata prodeat, & reuelet. [26] Nam pręceptum de confeſſione cælanda conſequitur ipſum Sacramentum, & ideo ſicut præceptum de Sacramentali confeſsione facienda eſt de iure Diuino, & non poteſt aliqua diſpenſatione, vel iuſsione humana homo abſolui ab eo; ita nullus ad reuelationem confeſsionis poteſt ab homine cogi, vel licentiari, & tanquam violator Sacramenti peccaret, qui confeſsionem reuelaret, & grauiſsimum ſacrilegium committeret. Sacerdotalis officij depoſitione, iuxta [27] Innocentij tertij Cóſtitutionem, etiam excommunicationem volumus ipſo iure incurrere, & alias pœnas ſeueriores noſtro arbitrio imponendas.

16 D.Tho. in ſupp. Q. 11. a. e. in cor. & ad ſecundum.

17 c. Sacerdos de de pęnit. d. 6. & cap. omnis cum gloſ. de pęn. t. & & remiſſ.

§. V. Sciant Confeſſarij vniuerſi, quod à cenſuris abſoluere nequeant, licet à reſeruatis abſoluere poteſtas eis facta ſit, & qui à cenſuris abſoluere queunt, caueant publicum, ſeu notorium Clericorum percuſſorem abſoluere, neque quempiam nominatim denunciatum per publicos Cedulones, iuxta formam Conſtitutionis [28] Martini Quinti, neque

18 Sayr. de cenſur. lib. 2. c. 12. nu. 6. Nauar. in manua. cap. 27. num. 35. S. Antonin. 3. p. tit. 25. cap. 3.

neque in foro conſcientiæ, niſi in caſibus à iure permiſsis, & tempore Iubilæi, ſi id permittit. Et ſi aliquem huiuſmodi excommunicatum abſoluere contigerit, non abſoluat à peccatis, niſi præuia à cēſuris abſolutione, ſub pœna ſuſpenſionis à confeſsionibus audiendis ipſo iure incurrenda.

29 Nouar. adagg. SS. PP. Ad. 94.

§. VI. Confeſſarij in primis ad pœnitentium conſcientias ſcrutandas tamquam in album dirigant ſermones, & interrogent, an ſint excommunicati, an caſum habeant reſeruatum, an immunitatem Eccleſiaſticam directè, vel indirectè violauerint, vel alia impedimenta cuiuſcumque generis, quæ abſolutionis beneficiũ retardent, quo loco paternè, & cum charitate (ſemoto ſcandalo) eos dimittant, eoſque benignè hortentur, vt moram patiantur, donec ſibi facultas legitima eos abſoluendi conceſſa ſit.

30 Innocent. 9. in Syn. Rom. c. 16.

§. VII. Et [30] nè falſis pœnitentijs laicorum „ animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur, abſtineant abſolutionem impendere ijs, qui in Sacramentali Confeſsione, vel propè verbis, vel factis ſollicitati à Confeſſarijs iuxta [31] Pontificias Conſtitutiones ipſos nō denuntiauerint;

31. Pij 4 ſub die 16. Aprilis 1561. & Gregorij XV. ſub die 30. Aug. 1622.

qui

qui legata Pia ſine rationabili cauſa exequi diſtulerint, & calumnioſè procraſtinauerint, qui bona, cenſus, aut redditus Eccleſiarum occupatos detinent, & æs alienum, cum poſsint, non reſtituunt, qui alienæ famæ detraxerint, & integram exiſtimationem non præbuerint, tum falſi teſtes in iudicio, niſi reſarcito damno, quod poſſunt ijs, contra quos per eos latum eſt falſum iuramentum; item publicis concubinarijs, vſurarijs, vt infra ſtatuemus, cęteriſque peccatoribus denegetur abſolutio, donec reſipiſcant, & tandem ab alijs caſibus, à iure ſtatutis, ad ,, quæ [32] nemo ſe præſumat extendere, ,, ſi proprium voluerit periculum euitare, abſolutio ſit nullius roboris, & momenti, & ipſi abſoluentes grauiter noſtro arbitrio punientur.

32. Innocent. 3. in Conc. Gen. Later. cap. 6.

§. VIII. Medici ad infirmos tertia vice non accedant, niſi moniti, peccata ſua non Sacramentaliter confeſsi, nam [33] pœni- ,, tentia, quæ à moriente petitur, timeo, ,, ipſa moriatur; Ideo in virtute Sanctæ Obedientiæ ijs mandamus, vt Conſtitutiones felicis recordationis Innocentij tertij, & Pij [34] Quinti, Sanctorumque Pontificum obſeruent. Et vt nemini liceat

33. S. Aug. ſer. 23. de tempore.

34 Sub die 11. mart ij 1566. in qua fit mentio conſt. Inn. PP. III.

ceat allegare ignorantiæ cauſam, in fine adijciendas prædictas Conſtitutiones curauimus.

§. IX. Curati, & Parochi in principio Quadrageſimæ, & deinceps Populum ſibi commiſſum moneant inter Miſſarum ſolemnia de præcepto Paſchali ſatisfaciendo, & ne Diabolicis diſſuaſionibus, vel propria accidia fructus pęnitentiæ impediantur cohortentur, vt peccata ſua fideles per aliquot dies, ante Dominicam Reſurrectionis confiteantur, & melius ſit

35 S. Aug. in Pſal. 101.

præuenire, quam poſtponere, & [35] non

„ obſeruent vltimum cras, quia ignorant

„ quod ſit vltimum cras, vt poſtea dignè

36 S. Ambr. de pę-nit. cap. 33.

„ ad [36] metas indulgentię ad ſacram Menſam Auguſtiſſimi Sacramenti accedere valeant, cōtrafacientes trium ducatorum pœna mulctamus

§. X. Præcepti Paſchalis obſeruatio incipit à Dominica Palmarum vſque ad octauam Reſurrectionis; Negligentes per Parochos moneantur, vt per octo alios dies adimpleant, quibus elapſis, nomina eorum, qui adimplere renuerint, ſiue diſtulerint nobis adducant in ſcriptis, vt

37 cap. omnis v-triuſq; ſex[illegible] de [illegible]nit. & remiſſ.

contra eos ad pœnas ab [37] Innocentio tertio ſtatutas procedere valeamus. Cū-

cti

ॆti confeſſarij ſiue Sæculares, ſiue Regulares ſint vltra Conſtitutiones; ſeù litteras in die Cęnæ Domini legi ſolitas; Notam Cenſurarum, & Caſuum Nobis reſeruatorum, & contractuum, quibus vſura contrahitur, à nobis in calce huius libri deſcribendos, apud ſe retineant, & ſtudeant.

DE EVCHARISTIA.

CAPVT VIII.

§. I. SAcramentum [1] panis quod de Cœlo deſcendit in cuius præparatione, & in diſpoſitione, & in ordinatione Deus tot, & tanta mirabilia incluſit, quot in ipſo videntur, quaſi omnium mirabilium, quæ ab initio Mundi fecit, memoriam renouaſſe, & idcirco Propheta ait, Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus. Vtique [2] hoc Sacramentum magnum eſt in Chriſto, & in Eccleſia quod erunt duo in carne vna, & ſi vna caro Chriſtus & Eccleſia, iam vnitas naturæ plenius commendatur. Vult [3] Chriſtus Dominus, vt nos illi tamquam mem-

1 D. Thom. opus 59. cap. 1.

2 S. Paſch. lib. de corpore & ſang. Chriſti cap. 7.

3 S. Dioniſ. Areop. de Ecleſ. Hierarch. c. 3.

„ bra Chriſti corpori congruamus , & per
„ vitæ ſincerę , ac Diuinæ ſimilitudinem
„ compaginemur , nè corrumpentibus
„ mortificati vitijs, ad Diuina,& ſanctiſſi-
4 S.Bern.de modo bene viuendi. „ ma mēbra, in congrui efficiamur; mu-
„ tet ergo vitam, qui vult accipere vitam ,
„ nam ſi non mutat vitam,ad iudicium ac-
„ cipiet vitam , & magis ex ipſa corrumpi-
„ tur , quam ſanatur , magis occiditur ,
quam viuificatur.

§. II. De hoc Sacramento Parochi doceant Populum quidquid Sacra Tridētina Synodus definiuit , & in primis Panem , &
5 D. Thom.3.p.q. 74. art.p. „ Vinum [5] eſſe materiam conuenientem
„ huius Sacramenti , quod eſt memoriale
„ Dominicæ Paſſionis , ſeorſum ſumitur
„ panis , vt Sacramentum Corporis,& vi-
6 Q. 76. art. 2. „ num,vt Sacramentum [6] Sanguinis , &
„ nihil continetur ſub vna ſpecie , quod
„ non contineatur ſub alia;ſed totus Chri-
„ ſtus ſub vtraque ; nam ſub ſpeciebus Pa-
„ nis,eſt quidem Corpus Chriſti , ex vi Sa-
„ cramenti, Sanguis autem ex reali conco-
„ mitantia ſub ſpeciebus vero Vini , eſt
„ quidem Sanguis Chriſti ex vi Sacramen-
„ ti,Corpus autem Chriſti ex reali conco-
„ mitantia, ſicut anima , & Diuinitas , &
„ hoc valet ad repręſentandam Paſſionem
Chriſti,

„ Chriſti, in qua ſeorſum fuit Sanguis à
„ Corpore ſeparatus, vnde, & in forma
„ conſecrationis Sanguinis fit mentio de
eius effuſione, & ſic verum Chriſti Corpus, & Sanguis cum eius Diuinitate, [7]
„ non ex merito conſecrantis, ſed in verbo
„ perficitur creatoris, ex virtute Spiritus
Sancti, Panis ſcilicet, & Vinum in Corpus, & Sanguinem transſubſtantiatur,
„ [8] quia in hoc Sacramento tota ſubſtantia, in totam Euchariſtiam commutatur,
„ [9] ipſumque adoratione latriæ adorandum eſt.

7 S. Aug. lib. de corp. Domini.

8 Q. 75. art. 8.

9. Q. 25. art. 2.

§. III. Cuſtodiatur in ligneo Tabernaculo in ſignis, vel mediocris ſtructuræ, vt iuxta Eccleſiæ, & Populi dignitates, & facultates quiſquis cum veritate dicere
„ poſſit, [10] Domine dilexi decorem do-
„ mus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Intrinſecus ſerico ſit rubei, vel cęrulei coloris ornatum, & extrinſecus de auratũ, vt tanti Domini decet [11] decli-
„ natorium aureum, & aſcenſum purpu-
„ reum media charitate fidelium. In Altare ita collocetur, vt inde facilè dimoueri non poſſit, nec pro reponenda, vel extrahenda Euchariſtia Altare conſcendere ſit neceſſe, & conopeo, ſeù tento-

10 Pſal.

11 Cant. 3. 10.

 rio,

rio, ex aliqua decenti materia ſecundum dierum, & feſtorum exigentiam ſit coo-

12 Prouerb. 31.29. » pertam [12] Biſſus, & purpura eſt indumentum eius. Sit tutum, & ſub Paro-

13 Innocent. 2. in concil. Gener. later. cap. 20. » chi cuſtodia [13] clauibus adhibitis con- » ſeruetur, vt non poſsit ad illud temera- » ria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda, nec alijs confidatur, etiam in feria quinta Cœnæ Domini, niſi ex cauſa, & tunc alteri digno Sacerdoti conſignetur, & in parte interiori nihil prorſus retineatur, præterquam ipſum Sacramentum, & Vas, quo repoſitum exiſtit, & ſub ipſo continuo corporali mundo ſtrato.

§. IV. Conſeruari in Pixide argentea in- » trinſecus auro libuta [14] propter reuerentiam Sacramenti ſtatutum eſt, in qua tres ſaltem particulæ conſecratæ ſint, ſingulis octo ſaltem diebus renouandæ, quæ

14 D. Thom. q. 74. art. 3. p. 3.

15 Clemens Pap. Ep. 2. » cum [15] timore, & tremore cuſtodiri de- » bent; ne qua putredo inueniatur, ne cum » negligenter agitur, corpori Domini grauis inferatur iniuria. Verum adſit in Parochiali Eccleſia altera Pixis argentea in qua viatorum cibus deferatur infir-

16 B. Tho. de Villano. in die Cor. Chriſti conc. 1. » mis, vt [16] præbeat eis viam perueniendi » ad Cælum. Hæc in ſaccculo ſerico, &

or-

ornato cum ad infirmos deferri contigerit, reponatur, & corda ſerica ad collum Sacerdotis appenſa, vt minori periculo, ad loca, ab Eccleſia nimis diſtantia, & maximè in aſpero tempore deferre poſſit. [17] Arca Dei velo inuolui iubetur, in velo Arca, in Arca Vrna, in Vrna Manna fuit.

17 S. Bonau. ſer. 2. in die 4. aduen.

§ V. Item cum ad infirmos defertur, non tantum ad ipſum adorandum, ſed vt pura mente, puraque conſcientia [18] ſumendum, & ſi quis contra Conſtitutionem à Pio Quinto ad hoc editam attentauerit, pœnas ibi contentas, & ſuſpenſionem ſubibit. Quilibet Sacerdos, aut Parochus, aut Curatus congruentes cęremonias, & orationes, iuxta ritum, & conſtitutiones à Cardinale [19] Caetano noſtro prædeceſſore, ſatis lucidè conditas, quas etiam innouamus, obſeruent, prout etiam præcipimus obſeruari, & dum in proceſſionibus circumfertur, præter præſignatas Pixides, ſit in quacunque Parochiali Eccleſia Tabernaculum argenteum congruè magnitudinis cum luna argentea, & ſcutulo cauato, vt ſi quæ fortè fragmenta ceciderint. quam facillimè colligi poſſint. Sit gemino cryſtal-

18. Can. nihil de conſec. d. 2.

19 Synod. Tarent. tit. 22.

ſtallo perlucido, clarum, vt cum ipſum
18 Drogo lib. de ſacra Paſſ. Domini. Sacramentum circumfertur, vt [18] relu-
„ ceat nobis in hac luce legis, & prophe-
tiæ gloria. Ante Altare vbi Sanctiſſi-
mum aſſeruatur, continuo ſaltim lampas
ardeat nitida, et munda, vt reuerentia,
qua debemus, [19] paremus lucernam
19 Pſ. 131. 17. Christo Domino.

§. VI. Ad ſacram huius Sacramenti Menſam fideles accedere minimè audeant,
20 S. Anton. ſenẽ. „ niſi [20] prius confeſſio purificauerit, et
„ decorauerit animas eorum coram Deo,
„ dicente Propheta, confeſſionem, et de-
„ corem induiſti amictus lumine ſicut ve-
„ ſtimento, ſpiritu igitur ſic decorato, et
„ mundato, Domino miſericorditer con-
„ cedente, ad illud conſummatum pietatis
„ opus, ad dulciſſimum guſtum Diuini a-
moris, iam meretur admitti, quod fit in-
deuota ſumptione Sanctiſſimi Sacramẽti. Timentes, et trementes ſi (quod abſit)
21 D. Tho. ibid. q. 80. art. 4. 5. „ in [21] peccato mortali, quicumque hoc
„ Sacramentum ſumit, falſitatem in hoc
„ Sacramento committit, tamquam Sa-
„ cramenti violator, & comparatur Iu-
dæ Christum oſculanti. Ideoque omnes, & ſinguli Christi fideles Sacerdotibus à nobis præſcriptis ad Confeſ-

ſio-

ſiones audiendas pro Paſchalis præcepti adimplemento iuxta Innocentij tertij Conſtitutiones,[21] ſi per totam Dominicam in albis non ſatisfecerint, ſine rationabili impedimento, ſciant ſe pœnas dictæ Conſtitutionis incurriſſe. Vnde prompti ſint Parochi nos, ſeu noſtrum Generalem Vicarium certiorarem de ijs, qui in tanti præcepti ſatisfactione deſides fuerint, ſub arbitrarijs pœnis. 21 Cap. omnis de pœnit. & remiſſ.

§. VII. Quia[22] verò zelus nos comedit ,, Domus Dei, præcipimus, vt Vaſa, Cor-, poralia, nitida, et munda conſeruentur, ,, nimis enim videtur abſurdum in Sacris , ſordes negligere, quæ dedecerent in profanis. Pro ablutione communicatis tribuenda ſacro Calice non vtatur, ſed cyato ex puro criſtallo. Communicatis capſula pro eleemoſynis conferendis non proponatur ,, vt omnis auaritiæ ſuſpitio in hoc Sacramento præcisè profligetur. Intra[23] Sanctuarium Altaris ad communicandum non liceat laicis, vel mulieribus ſtare, niſi tantum Clericis; ſicut ab antiquis Canonibus ſtatutum eſt. 22 Innoc. 3. in Cōcil. gen. Lat. c. 19. 23 Conc. Prouinc. Bracar. p. 4 ca. 31.

§. VIII. Licet[24] admirabilem hunc cor-, poris Chriſti modum, quo ſub Sacramé-, to exiſtit, ſi gratia, vel fides non inſtituit, 24 B. Tho. de Villano. in die Cor. Chriſti conc. 2.

nulla

„ nulla intelligentia capit, neque Chriſti
„ præſentia in Euchariſtia naturali lumine
„ Angelus apprehendere valet; Mira res
„ quod non attingit Angelus, intelligendo,
ruſticus pertingit credendo. Sed tamen
non admittantur ad hoc Sacramentum
pro prima vice paruuli niſi à proprio Parocho
diligenter fuerint examinati, à quo
probentur, an iudicio, ac prudẽtia vigeãt,
vt quid faciant, intelligant, & de præparatione
dignè cõmunicãdi, de præſtãtia,
25 D. Tho. ibid. q. 8. art. 9. ad 3. „ & fide erudiãtur, [25] vt poſſint deuotio-
„ nem concipere huius Sacramenti, quanta
humilitate ad illud accedere oporteat,
& quantæ indignè ſumentibus ſint pœnæ
diſpoſitæ, & præparatæ tormenta.

26. Lyppoman. cat. in Gen. §. IX. Et vt Curatus, [26] cuius officium eſt
curare ſalutem proximi, vt quocumque
tempore poſſit ſuarum animarum certam
rationem exponere, & reddere, &
iuxta morum, & vitiorum diuerſitatem,
valeat eis opportuna medicamenta applicare
ſtatuimus, vt nullus Sacerdos Regularis,
aut Sęcularis valeat laicis, qui
de ſua Parochia non ſunt, Euchariſtiæ
Sacramentum Paſchali tempore miniſtrare.

27 D. Tho. q. 80. ar. 6. ibid. §. X. Et quia non licet dare [27] ſanctum
cani-

„ canibus, nec mittere margaritas ante porcos, manifeſtum eſt, peccatoribus nõ debere etiam petentibus „ ſacram communionem concedi. Hoc [28] nec Maeſtati Diuinæ, nec Euangelicæ diſciplinę congruit, ne pudor, & honor Eccleſiæ, tam turpi, & infamè contagione fędetur. Ideo arceantur ab hac auguſtiſſima Mẽſa manifeſti concubinarij, fęneratores, blaſphematores, alijque publici peccatores, donec publicam egerint pœnitentiam, vt publica eorum expoſcunt delicta. Exteri penitus ignoti non inconſideratè admittantur. 28 S.Cypriān.ib. 1.

§. XI. Miniſtretur à Parocho, ſeu alijs Sacerdotibus cũ Cotta, & Stola, & luminaribus, ac præmiſſa genuflexione, & oratione, & generali, vel publica confeſſione, & abſolutione, & adſint ad minus duo Clerici cum Cotta pariter prompti ad oris ablutionem, & Sacerdoti, & communicantibus miniſtrantes. [29] Supremi „ omnium Angelorum, Seraphim, neque „ manu tam Diuinum corpus attingunt, „ rem ſanctiorem quærunt forcipe accipiunt. Homines à mulierrbus ſeparatim propter honeſtatem, & maiorem reuerentiam; communicentur, ſi quis pręfata 29 Theodoret. apud Leonem de Coſt. in cap. 6. Il.

ſata negligere præſumpſerit, vel quocumque modo, non obſeruare audebit, ſex ſcutorum pœna mulctetur.

§. XII. Cum pro oratione quadraginta horarũ exponi cõtigerit, [30] quando nos ad „ impolluta, & Diuina myſteria ſummi, & „ eximiſcẽdi Regis adorãda admittimur, tunc maiorem reuerentiam demõſtrare debemus, ideo poſt Solis occaſum omnino in tabernaculo reponatur, ne ad Dei cultum, & honorem intentata deuotio irreuerentiam, & ſcandala generet. Minori numero luminum, quam duodenario, ex alba cæra, quorum, quælibet candela ſit vnciarum quatuor ad minus, non exponatur; Nec ſine noſtra licentia in Eccleſijs Regularibus, ſicut Sacra Congregatio pluries determinauit; qui contrarium attentauerint, ſi Sęculares erunt Clerici ſcutorum decem pęnam ſoluant, ſi Regulares, per Menſes duos interdicta ſit eorum Eccleſia.

30 Iſichius prȩsb. centuria prima nu. 100. B3. T. 1.

DE

DE EXTREMA VNCTIONE.

CAPVT VIIII.

§. I. Pijſſimus Redemptor noſter vniuerſos ſeruos ſuos voluit omni tempore de ſalutaribus remedijs, aduer-
„ ſus omnia tela nequiſſimi eſſe refertos, vt ſicut Sacramenta præparauit principaliter ad vnum effectum, quamuis etiam alios ex conſequenti inducere poſſint,
„ & [2] quia Sacramentum efficit, quod fi- [2] D.Tho. in ſuppl. 3.p. q. 30.ar.1.
„ gurat, ideo ex ipſa ſignificatione Sacra-
„ menti, debet accipi eius principalis effe-
„ ctus. Adhibetur autem hoc Sacramentũ
„ ſecũdum modum cuiuſdam medicatio-
„ nis, ſicut Baptiſmus per modum ablu-
„ tionis. Medicina autem eſt ad pellen-
„ dam infirmitatem. Vnde principaliter
„ hoc Sacramentum eſt inſtitutum ad ſa-
„ nandam infirmitatem peccati: Vt ſicut
„ Baptiſmus eſt quædam ſpiritualis rege-
„ neratio, & pœnitentia quædam ſpiritua-
„ lis ſuſcitatio, ita extrema vnctio ſit quæ-
„ dam ſpiritualis ſanatio, vel medicatio. Vnde [3] ſcire volumus duas eſſe ſpecies [3] Innocentius 3. Patriarchę Cõſt.
„ vnctionis: Exteriorem, quæ ſpiritualis

 eſt,

,, eſt, & viſibilis; & interiorem quæ ſpiri-
,, tualis eſt, & inuiſibilis. Exteriori viſibi-
,, liter inungitur corpus, interiori inuiſibi-
liter vngitur cor, qua vnctione in fi-
ne vitæ, tanquam tutiſſimo præſidio
nos cōmunire valet, quando maximus
in anima à corpore recedente viget ti-
mor, & tremor, magnamque aggreditur
cum hoſte teterrimo pugnam; Nam ſi-
4 D.Tho. in ſupp'. 3.p.q.30.ar.2. ,, cut [4] Baptiſmus per ablutionem cor-
,, poralem, facit ſpiritualem emundatio-
,, nem à maculis ſpiritualibus, ita hoc Sa-
,, cramentum per medicationem Sacra-
,, mentalem exteriorem facit ſanationem
5 ,, interiorem [5] contra illos defectus, qui-
,, bus homo ſpiritualiter infirmatur, vt
,, non habeat perfectum vigorem ad actus
,, vitæ gratiæ, vel gloriæ. Et hic defectus
,, nihil aliud eſt, quam quædam debilitas,
,, & inaptitudo, quæ in nobis relinquitur
,, ex peccato actuali, vel originali, & con-
,, tra hanc debilitatem homo roboratur
,, per hoc Sacramentum.

§. II. Quo circa eo tempore Parochi ſæpè
populos docebunt, hoc Sacramento co-
adiuuari neceſsè ſit, quo facilius Dæmo-
,, nis illuſionibus calcaneo inſidiantis re-
ſiſtere valeant, & ad deuotionem, et ad

ve-

velocem in Cęlum tranſitum excitari, illud Iacobi Apoſtoli recolentes, infirmatur [6] quis in vobis, inducat Præsbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei; & ideo [7] etiam Iacobus de remiſſione peccati conditionaliter loquitur, dicens, ſi in peccatis ſit, dimittentur ei, ſcilicet quo ad culpam, non enim ſemper delet peccatum, quia non ſemper inuenit, ſed ſemper remittit, quo ad debilitatem prædictam, quam quidam reliquias peccati dicunt.

6 Iac. ep. c. 5. 14.

7 D. Tho. ibi. ar. 1.

§. III. Nè Parochi in hoc Sacramento indigentibus adminiſtrando deſides ſint, & [8] omnis eorum intentio, & omne deſiderium tendat ad Dei placitum, & vtilitatem fratrum ſuorum, hac noſtra Cōſtitutione, præcipimus, ſtatuimus, & mandamus, vt cum primum alicuius infirmi de ſua Parochia notitiam habuerint, illum inuiſant, & Sacramentis reficiant, quod ſi negligentes in hoc fuerint, vltra deſcriptam rationem Deo vindici reddendam à nobis ſecundum facti contingentiam, grauiſſimè corripietur.

8 S. Bern. in ſerm. de S. Benedict.

Illud

Illud quoque adijcientes præcipimus ,
9 Greg.ix.de ſym. c.7. „ vt [9] pro Criſmatis olei nulla cuiuſquam
„ pretij exactio intercedat, nec ſub obten-
„ tu alicuius conſuetudinis reatum ſuum
aliquis tueatur.

10 D.Tho in ſupp. 3.p.q.32.ar.3. §. IV. Ad effectum [10] huius Sacramenti
„ percipiendum multum valet deuotio ſu-
„ ſcipientis, & perſonale meritum confe-
„ rétium, & generale totius Eccleſiæ, quod
„ patet ex hoc, quod per modum depre-
„ cationis forma huius Sacramenti confer-
„ tur, & ideo illis, qui non poſſunt reco-
„ gnoſcere, & cum deuotione ſuſcipere,
„ hoc Sacramentum dari non debet, &
„ præcipuè furiſtis, & amentibus, qui poſ-
„ ſent irreuerentiam Sacramento per ali-
„ quam immunditiam facere, niſi habe-
„ rent lucida interualla, in quibus Sacra-
mentum recognoſcerent, vel antea petie-
rint, vel pietatis ea ſigna dederint, ex qui-
bus conijci poſſit, venerandum hoc Sa-
cramentum petitum fuiſſe, ſi poſſent.
11 D.Tho.in ſupl. 3.p.q.32.ar.4. Neque in puberibus, & [11] pueris debet
dari hoc Sacramentum. Neque impœni-
tentibus, notorijſque peccatoribus, quos
„ oſtinatos, & perfidos cum Iuda Chriſtus
12 S.Io.Chriſoſto. orat. in deſcen. Domini ad infer. Redemptor noſter reiecit, dicens [12] am-
„ plector te Iuda, non vt charitatem tri-
buam,

, buam, quam abiecisti, ſed vt exhauriam
, gratiam, quam tibi retribueram, vas enim
, indignum, cęleſte myſterium geſtare
, non poteſt.

§. V. Quia hoc [13] Sacramentum non re- [13] D.Tho. in ſupl. 3. p. q. 33. ar. 2.
, ſpicit tantum infirmitatem, ſed etiam
, infirmitatis ſtatum, quia non debet dari
, niſi infirmis, qui ſecundum humanam
, extimationem videntur morti appropin-
, quare. Quædam enim infirmitates non
, ſunt diuturnæ, vnde ſi in eis datur hoc
, Sacramentum, tunc ſi homo ad ſtatum
, illum perueniat, quod ſit in periculo mor
, tis, non recedit à ſtatu illo, niſi infirmita-
, te curata, & ita non debet iterum inungi
, ſed ſi recediuum patiatur, erit alia infir-
, mitas, & poterit fieri alia inunctio.

§. VI. Aſſiſtant Parochi ægrotanti ipſi, vel alij vti coadiutores, aduerſus ſpirituales nequitias, tunc fortius colluctantes. De
, Cœlo [14] enim, & de terra venit auxi- [14] S.Bern. in Cant. 43.
, lium, qui cuſtodit non dormitat, neque
, dormiunt cuſtodes Angeli Sancti vigiles
, ſpiritus, & animæ iuſtorum.

§. VII. Et ſi in ipſa vnctione ęgrotus deficere videatur, & an viuat ambigitur, ſub cõditione in cęteris partibus, nẽpè ſi eſt viuus perungatur; at ſi mors appareat, omnino abſtineant.

Cæcis

§. VIII. Cæcis, ac mutulatis non debet negari hoc Sacramentum, ſed [15] inungi
„ debent quanto propinquius fieri poteſt,
„ ad partes illas, in quibus vnctio fieri de-
„ buerat, quia quamuis nõ habeant mem-
„ bra, habent tamen potentias animæ,
„ quæ illis membris debentur, ſaltem in
„ radice & internis peccare poſſunt per ea,
„ quæ ad partes illas pertinent, quamuis
„ non exterius.

15 D. Tho. in ſupl. 3. p. q. 32. ar. 7.

DE ORDINE.

CAPVT X.

§. I. CVm excellentiſſimum ſit Sacerdotalis officij miniſterium, &
„ omnium [1] bonorum, quæ in hominibus ſunt apex, cui Deus Optimus Maximus contulit poteſtatem ipſo [2] etiam
„ regno venerabilius, ac maius, [3] quia
„ verò Sacerdos eſt perſona publica, &
„ quáſi os vniuerſalis Eccleſiæ propterea
„ non ſolum in quantum eſt Sacrificium,
„ ſed etiam in quantum eſt Sacramentum
„ à Sacerdote ſumptum dicitur totum
corpus Eccleſiæ vegetare. Meritò ordinatiſſima diſpoſitione factum eſt in Ecclesia

1 S. Ignatius Ma. in Ep. 10. ad fini.

2 S. Io. Chriſoſto. hom. V. de ver. Iſai. T. 1.

3 S. Bernardus ſenen. ſer. 12. Euchar. T. 4.

cleſia Dei, vt plures eſſent ordines ad Sacerdotium directi. Vnde Clericali Tonſura inſigniti, per minores ad maiores, & per hos ad Sacerdotium aſcenderent, veluti diuerſi miniſtri ex officio Sacerdoti deſeruirent, nam [4] Clericalis ordo 4 S.Petrus Damia. lib. 2. ep. 10.
„ familiarius Diuinis aglutinatur obſequijs quam cæteri homines, quapropter omnia, quæ à Sacro Concilio Tridentino circa Ordinis Sacramentum ſanctiſſime ſtatuta ſunt, omnino obſeruari mandamus, prout totis viribus noſtris exequi curabimus.

§. II. Qui prima Tonſura initiari deſiderat, cum in ea aditus ad Sacramentum Ordinis aperiendum nimis intendere oportet, debet in ea diligentiam adhibere ſe ex legitimis natalis ortum, legitimè ætatis, nempè annorum ſeptem, & confirmationis Criſmate ſit delibutus, probata fide oſtendat, & à Parocho, ſeu Ludimagiſtris bonum habeat teſtimonium de vita, moribus, & diſciplina, & Doctrinam Chriſtianam frequentet, ita, [5] vt 5 Primas in prima Timot. 4.
„ Doctrina, & exemplo ſit firmatus, quam niſi competenter calleat, quique legere, & ſcribere neſciat, & laicali foro obnoxius, omnino ab ordine repellendus. Or-

dinati verò, vt [6] multum eis ſuauè ſit
„ ſub iugo Chriſti deſudare certæ Eccle-
ſiæ adſcribantur, & [7] modo litterarum
„ ſtudijs inſudando, modo per interualla
„ temporum, quibuſdam gradibus aſcen-
„ dendo promouendi ſint ad ſacri ordinis
dignitatem.

§. III. Ad minores ordines promouendi,
, quia [8] conſacrandi ſunt Deo, & [9] in
, Sacramento ordinis confertur excellen-
, tia poteſtatis in Diuinis miniſterijs, de
ſuis moribus, ſchola, Sacramentorum
frequentatione, & Eccleſiæ ſeruitio ha-
bitus, & tonſura geſtatione, ſecum atte-
ſtationes à Parocho, & Magiſtris afferát,
, eo [10] quod non ſolum Epiſcopi, Presby-
, teri, & Diaconi, debent magnopere pro-
, uidere, vt cunctum Populum, cui præſi-
, dent ſermone, & conuerſatione præce-
, dant, verum etiam inferiores gradus, &
, omnes qui Diuino oraculo deſeruiunt,
, quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit
, meliores eſſe laicos, quam clericos. Lin-
guam latinam ſaltem intelligant, [11] &
, concupiſcant ſapientiam, [12] habeantq;
, tantum de ſcientiã, quod ſufficiat ad hoc
, vt dirigantur in actu ordinis illius. In quo
promoti, ſæpè ſe exerceant, niſi ſtudio-
rum

6 Guillel. in medi-tationibus.

7 S. Petr. Damian. lib. 2. ep. 10.

8 Leuit. 21. 7.

9 D. Thom. 3. p. q. 84. art. 4.

10 S. Hieronym. in comment. ſup. primum cap. ad Titum.

11 Eccl. 1. 33.

12 D. Thom. in 3. p. ſupl. q. 36. art. 2.

rum curriculum illos abeſſe faciat, nec aliquis ordinetur, niſi [13] ſapientia humiliati exaltauerit caput eorum; & in quocumque ordine, quo inſigniri voluerint præfatas teſtimoniales litteras deferant, vt [14] habeatur certitudo de qualitate promouendorum, ſaltem ex teſtimonio aliorum.

13 Eccl. 11. 1.

14 D. Thom. 3. p. ſupl. q. 36. art. 4. ad 3.

§. IV. Ad maiores ordines promouendi antea à nobis licentiam obtineant, ipſos in Eccleſijs inter Miſſarum ſollemnia per Parochos publicandi, vt diligẽter inquiratur, an ordinum interſtitia ſeruauerint, an ſint bonis moribus imbuti, an liberi, an ex legitimo Matrimonio nati, vel Sedis Apoſtolicæ indulgentia diſpenſati, an Clericorum percuſſores, homicidæ, rixoſi bigami, Vſurarij, ſeditioſi, ſimoniaci, de hæreſi ſuſpecti, an aliquam publicam pœnitentiam egerint, blaſphemi, non ſanę mentis, ſæcularibus negotijs implicati, ratiocinijs reddendis, aut debitis grauioribus obnoxij, & inuoluti, ſi in legitima ætate ſint conſtituti, ſi excommunicati, ſuſpenſi, & interdicti, ſi caduco, ſeu arreptitio laborent morbo, corpore vitiati, ſi ſanguinis ſententiam tulerint, ſeu ſcripſerint, aut quomodolibet irre-

gulares exiſtant. Non [16] enim vna ſufficit virtus ad gloriam, ſed vario decoratam vellere, & varietate circumdatam oportet eſſe Ouem, quę Diuino gregi annumeranda eſt.

16 B. Thom. Villa noua in Gen. 30.

§. V. Ad Patrimonij titulum nemo ordinandus in Subdiaconatum aſſumetur, niſi legitimè nobis conſtet de valido titulo, & pacifica poſſeſſione, illumque non eſſe ære alieno grauatum, quodque ad minus ſcutorum triginta aſcendat, annuorũ redditum ex bonis ſtabilibus, ſeu exigibilibus cenſibus, & ſi ad Diaconatus, & Presbyteratus ordines aſcendere contigerit, de eiuſdem Patrimonij continuata poſſeſſione fructuumque perceptione; quod idem ſtatuimus, ſi ad beneficij titulum aliquem promoueri euenerit: Si quis autem ſub ficto Patrimonio, aut ſimulatis titulis ordinibus initiari præſumpſerit, ſciat ſe perpetuo ſuſpenſum, iuxta [17] Canonicas ſanctiones remanere.

17 Sixti V. ſub die nonis Ian. 1588. & Clem. 8. Prid. Kal. Martij 1595. cap. neminem. & cap. ſanctorum d. 70.

§. VI. Ad maiores ordines promouendi omnino fidem muſices magiſtri ſe ſaltem à tribus menſibus ante ordinationem cantum Gregorianum, ſeu firmum, vt vocant didiciſſe, afferant, & niſi prius

præ-

præuio examine coram nobis, ſeu generali noſtro Vicario ab examinatoribus Synodalibus habendo admiſſi fuerint, & approbati, & eorum ſcripturæ, et proceſſus recogniti, ſub pęna carceris per annum, ad ordinationem, non accedant.

§. VII. Presbyteratus ordinem aſſecuti, caueant omnino Miſſam celebrare, niſi prius à Magiſtro Cęremoniarum diligéter examinati, & idonei eius publico documento iudicati coram nobis, ſeu noſtro generali Vicario illud præſentauerint, & licentiam celebrandi obtinuerint; qui huic noſtræ Conſtitutioni contraire præſumpſerit, ſuſpenſioni ſex Menſium ſubiaceat.

DE MATRIMONIO.

CAPVT XI.

§. I. MAtrimonium, cuius optimi effectus ſunt diſiunctos homines coniungere, longinquas familias copulare, & affinitate conſociare, neceſſitudines comparare, domos ſobolæ fęcundare, [1] ſecundum quod ordinatur ad procreationem prolis, quæ erat neceſſaria

[1] D.Tho. in ſuppl. 3. p. q. 32. ar. 2.

ria

, ria, etiam peccato non exiſtente, inſtitu-
, tum fuit ante peccatum, ſecundum au-
, tem quod remedium præbet contra vul-
, nus peccati, inſtitutum fuit poſt pecca-
, tum tempore legis naturæ. Secundum
, autem determinationem perſonarum in-
, ſtitutionem habuit in lege Moyſi: ſed ſe-
, cundum, quod repreſentat myſterium
, coniunctionis Chriſti, & Eccleſię, inſti-
, tutionem habuit in noua lege, & ſecun-
, dum hoc eſt Sacramentum nouæ legis;
, quantum vero ad alias vtilitates, quæ ex
, matrimonio conſequuntur, ſicut eſt ami-
, citia, & mutuum obſequium ſibi à coniu-
, gibus impenſum, habet inſtitutionem in
, lege Ciuili; ſed quia de ratione Sacra-
, menti eſt, quod ſit ſignum, & remedium,
, ideo quantum ad medias inſtitutiones,
, competit ei ratio Sacramenti.

§. II. Statuimus ergo, & mandamus, vt cuncta, quæ circa ipſum à Sacr. Concil. Trident. diſpoſita, & ordinata religioſiſſimè fuere, debitæ executioni demandétur, & propterea Parochi Populos ſibi commendatos admoneant de præſtantia huius Sacramenti, hortando [a] eos, vt
, biduo, & triduo orationibus vacent, vt
, caſtitatem cuſtodiant, vt bonæ ſoboles
ge-

[a] Euariſt. PP. ep. 1.

, generentur, & Domino in actibus ſuis
, placeant. [3] Siquidem & Tobias ante
, quam cum coniuge conueniſſet, oratio-
, ne cum ea Dominum oraſſe deſcribitur.

[3] Nicolaus ad cõſult. Bulgarorum cap. 3.

§. III. Nullus Curatus audeat coniuges per verba de præſenti coniungere, niſi tribus denunciationibus, en totidem diebus feſtiuis inter Miſſarum ſollemnia factis in Parochia tàm viri, quàm fœminæ, & accepto prius teſtimonio à proprio Parocho Sponſi, vel Sponſæ factas iam denũciationes, vel de noſtro ordine prætermiſſas, nec aliquod ſubeſſe canonicum impedimentum. Verum ſi alter coniux alienæ ſit Diœc. teſtimonium huiuſmodi non ſolum Parochi, ſed eius ordinarij ſit ſigillo munitum, & à noſtra Curia recognitum, & admiſſum. Si verò contrahentes ſint Parocho omnino incogniti, puta incertas habentes ſedes, & vagas, vel adeo ſint remotæ Diœc. vt non ſic de facili, immo maxima difficultate, & diſpendijs teſtimoniales litteræ huiuſmodi venire poſſint, tunc nihil noſtra eadem Curia inconſulta peragant, ſed ad poligamias euitandas teſtes cogniti probatæ vitæ, & vero ſimilia deponentes, recipiá-

tur,

tur, & ſecundum formam nuper à Sacra Congregatione trãſmiſſam interrogẽtur, quorum depoſitionibus receptis, ſi Curię noſtræ videbitur, licentiam contrahendi concedat, vel deneget.

§. IV. Parochi, ſi quem alterius Diœc. ſecum mulierem deprehenderit, & vxorem appellet, & aliqua probabili coniectura, ſeu infamia ſuſpicetur eſſe concubinam, ab eo exigat contracti Matrimonij documentum. Quod ſi nõ oſtenderit, nobis deferat, vt opportunius proſpicere valeamus. Caueant alienos ſponſos ſine noſtra expreſſa licentia, vel proprij Parochi copulare, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto, & aliarum noſtro arbitratu. Et moneant repetitis exortationibus,
4 Concil. Prouinc. Cartag. 4. cap. 13. „ vt * ipſo die, quo benedictionem acceperint, & eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant, & ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento ſe reficiant, vt æſtuantes libidinis ardores, in quibus ſponſi ſolent deficere, Sacramentali gratia refrigerentur.

§. V. Et cum peſſimus in Ciuitate, & Diœc. noſtra non ſine animi noſtri dolore abuſus irrepſerit, ſcilicet non factis denunciationibus, non recepto ſponſorum mutuo

tuo conſenſu in facie Eccleſiæ,neque benedictis nuptijs vir mulierem conueniat, matrimoniumque ante ipſius celebrationem conſumet, quam ad menſes integros differunt,vnde præter concubinatus ſcelus,perſępe in virginum ludibria, eorumque bonorum, & dotium iacturæ, familiarum infamiæ, capitalia bella, & grauia exinde oriri ſcandala ſolent. Nos pro debito noſtro Paſtorali, quantum in nobis eſt, his malis prouidere cupientes, & conſiderantes, quod paruitatem pęnæ à Cardinali Caetano noſtro prædeceſſore,tunc prouidè, & maturè inflictæ, facinoroſi paruipendentes,audaciores in delinquendo reddantur. Vt facilitas venię delinquendi non tribuat incentiuum eãdem Conſtitutionem augendo, & ampliando, Mandamus parentibus, conſanguineis,& affinibus, ad quos de mulierum diſpoſitione pertinet, quod ſub pœna excommunicationis, non permittant contra formam Sacr. Concil. Trid. ſponſum ante Sacerdotalem benedictionem mulierem carnali copula conuenire, quam excommunicationem ſponſos propriæ infamiæ auidos, etiam incurrere volumus, à qua ipſi ſponſi non abſol-

uantur, niſi ſolutis viginti ducatis pijs vſibus noſtro arbitrio applicandis, vel ad minus decem, inſpectis contrahentium conditionibus,& facultatibus. Verum ſi coniuges adeo ſint pauperes, & miſerabiles, vt pecuniarum pęnam perſoluerę nequeant, volumus, vt in tribus diebus feſtiuis inter Miſſarum ſollemnia tres publicas peragant pęnitētias in quarum vltima abſolutionis beneficium valeant obtinere.

§. VI. Curent Parochi ne Matrimonia in gradu [5] prohibito conſanguinitatis, vel affinitatis contrahantur, vel publicę honeſtatis, nam vltra nullitatis incurſum, contrahentes excommunicationem ipſo iure incurrerent, ſoboles inceſtuoſa naſceretur, & ſi ſcienter commiſerint, diſpenſationis omni ſpe carerent. [6] Quia „ finis Matrimonij ſecundarius per ſe eſt „ concupiſcentiæ repreſſio, qui alias deperiret, ſi quælibet conſanguinea poſſet „ in matrimonium duci, quia magnus concupiſcentiæ aditus præberetur, niſi inter „ illas perſonas, quas oportet in eadem domo conuerſari eſſet carnalis copula interdicta. Et ideo lex Diuina non ſolum Patrem,& Matrem excludit à Matrimonio,

ſed

[5] D. Tho. in ſuppl. 3. p. q. 54. & 55.

[6] D. Tho. ibid. artic. 3.

, ſed etiam alias coniunctas perſonas, quas
, oportet ſimul conuerſari, & quæ debent
, inuicem altera alterius pudicitiam cuſto-
dire. Sciant fidei rudimenta, alias non
admittantur. Sint in legitima ætate cōn-
ſtituti, nempè mas in quartodecimo, &
fœmina in duodecimo expletis conſtitu-
ta, dummodo ſi malitia, vel prudentia
ſuppleat ætatem, & ſit matura viro pro
bono pacis, vel alia rationabili cauſa, ſe-
cundum Canonicas ſanctiones, & cō- 7 Cap. 2. de de ſponſ. impub.
ſulta Sede Apoſtolica, aliter à nobis ſit
prouidendum. Sit matrimonium liberè,
ſine vi, & metu, nam [8] vbi locum non 8 In Decretal. lib. 4. T. 1. cap. cum locum non habeat.
, habet conſenſus, ibi metus, vel coactio
, intercedat, neceſſe eſt, & vt vbi aſſenſus
, cuiuſque requiritur coactionis materia
, repellatur. [9] Matrimonium ſignificat 9 S. Aug. de Geneſ. cōt. Manich. lib. 2. cap. 23. To. p.
, coniunctionem Chriſti ad Eccleſiam,
, quæ fit ſecundum libertatem amoris.
, Vinculum [10] Matrimonij eſt perpetuū, 10 D. Thom. in ſu. p. 3. p. q. 47. A. 3. in Co.
, vnde illud, quod perpetuitati repugnat,
, matrimonium tollit. Metus autem, qui
, cadit in conſtantem virum, perpetuita-
, tem contractus tollit, quia poteſt peti re-
, ſtitutio in integrum, & ideo talis coactio
, metus, quæ cadit in conſtantem virum,
, tollit Matrimonium. Quapropter quæ-

cumque decreta,ſtatuta, ſeu conſuetudines matrimonij libertatem impedientes nulla,& irrita ad præſcriptum Sac.Conc. Trid. decernimus, & declaramus, nulliuſque eſſe roboris,& momenti.

§. VII. Si quis impedimentum matrimonij ſciens non reuelauerit, vel vt ipſum impediat,aliquid malitioſè finxerit, vel fabricauerit,& Parocho denunciauerit, nè illud ſequatur, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrat, à nobis, vel noſtro Vicario generali tantum abſoluendus,ac alijs plectendus pœnis, prout delicti grauitas,& perſonarum conditio poſtulabit.

§. VIII. Illud etiam non parum moleſtiæ nobis attulit, vt contra Sacr.Conc.Trid. conſtitutiones in facie Eccleſiæ matrimonia, vereantur homines ſollemnizare magnum hoc Sacramentum, fortè perterriti quod ſoleant in eis maleficia, & incantationes propinari, & cum res ſancta ſit, ſanctè pariter ſit tractanda, & propriè Sacramentorum locus ſit Eccleſia, non autem laicorum domus, in quibus pleraque Sacramentis repugnantia committi non erubeſcunt. Proinde monemus,& hortamur omnes, & in Domi-

no

no obſecramus, vt non niſi coniuges Sacramentis muniti, vt ſupra ſtatuimus, & in facie Eccleſiæ, accepta Sacerdotali benedictione, matrimonio coniungantur: & ſi aliquando omiſſis denunciationibus contingat de noſtro mandato matrimonia ſtipulari, hortetur Parochus coniuges, vt antequam denunciationes compleantur, à carnali commixtione ſe abſtineant, vt ſi fortè detegatur dirimens impedimentum, vt poſſibile eſt, proprij honoris mulier iacturam non faciat, & diffamata non remaneat.

§. IX. Caueant Parochi ne Matrimonia temporibus prohibitis ſollemniter benedicant, & ſine noſtra licentia. Librum habeant, in quo nomina, & cognomina contrahentium, & teſtium, & tempus initi matrimonij deſcribant, ſub arbitrarijs pœnis.

§. X. Concubinarios denuncient noſtræ „ Curiæ, [11] qui accedit ad mulierem nõ „ iunctam ſibi, quæ concubina vocatur, „ eſt etiam contra legem naturæ.

[11] D. Tho. ibid. q. 65. A. 3. cor.

§. XI. Sponſalia vtriuſque Sponſi innita, altero poſtmodum diſſentiente, in duo- „ bus [12] caſibus ſcilicet, cum quis ad reli- „ gionem confugit, & cum alter cõiugium

[12] D. Thom. ibid. q. 43. Ar. 3.

cum

, cum altero per verba de præſenti contra-
, hit, ipſo iure ſponſalia dirimuntur. Sed
, in alijs caſibus, in quibus dirimi debent
, ſecundum iudicium Eccleſiæ, à nobis,
vel à noſtro Vicario generali cognoſcenda, ſecus facientes ſine noſtra licentia ſint ipſo iure excommunicati, quam volumus protrahi etiam ad Notarios huiuſmodi contractus ſcienter ſtipulantes. Itemq; expreſsè, & ſtrictius inhibemus, vt nemini ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, liceat ſecundum Matrimonium contrahere, niſi primo diſſoluto, vel nullo per ſententiam noſtri Vicarij generalis probationibus, & proceſſu pręuijs, ac matura deliberatione declarato.

DE SANCTO MISSÆ SACRIFICIO & Miſſarum celebratione.

CAPVT XII.

1 Pſ. 25. b. &c.

§. I. SAcerdotum proprium eſt [1] circumdare Altare Domini, vt au-
, diant vocem laudis, & enarrent vniuerſa
, mirabilia eius, atque oportet eum dilige-
, re decorem Domus Dei, & locum habitatio-

, tationis gloriæ ſuæ. [2] Diligant hoc ſa- 2 S. Gaudẽtius ſer. 2.10o.q.16.
, crum miniſterium non ore languido, nec
, corde lento, ſed cum omni auiditate ani-
, mi, ſicut Aquila volans ad eſcam: Aqui-
, las vocat oſtendens, quod oportet eum ,
, qui ad hoc corpus accedit, eſſe ſublimẽ,
, & cum terra nihil commune, neque de-
, orſum trahi, & ſerpere, ſed aſſidue ſur-
, ſum volare, & ad Solem iuſtitiæ aſpicere,
, acutoſque & perſpicaces habere mentis
, oculos, Aquilarum enim, non gracculo-
, rum eſt hæc menſa, in qua vetus ille a-
gnus ab origine mundi occiſus, Deo Pa-
tri, quo reconciliati ſumus per Sacerdo-
tem, qui [3] gerit imaginem Chriſti, 3 D.Tho.3.p.q.83. ar.1. ad 3.
, in cuius perſona, & virtute verba pronũ-
, ciat quotidie tanquam viuica hoſtia im-
, molatur, [4] in quantum ſcilicet celebra- 4 Ibid. in corp.
, tio huius Sacramenti imago quædam
, eſt repreſentatiua paſſionis Chriſti, quæ
eſt vera eius immolatio. Cum ergo mul-
ta quæ, ſiuè temporum iniuria, ſiuè mi-
niſtrorum, & hominum pauca pietate,
irrepſiſſe videantur, quæ nimis longe à
tanti tremendi miniſterij amplitudine,
adeſſe deberent, vt [5] quo venerabilius 5 S.Greg.in expoſ. moral.lib.p.Reg.
, omnipotentem Dominum metuimus, eo
, perſpicacius benignitatis eius gloriam
uidea-

videamus. Statuimus,& ordinamus, vt decreta Sacr. Conc. Trident. [6] omnino obſeruentur, & ea omnia prohibemus, quæ vel auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus, [7] ſed ſolo voluntatis pretio emendum proponatur, appetitionem ipſam Deus ingentis pretio loco habet, vel in reuerentia quæ ab impietate parum eſt ſeiuncta, vel ſuperſtitio falſus cultus inuexit. Et proinde ab ijs, qui [8] ad ornatum Eccleſiæ internis myſterijs, quaſi in ſecretis ſanctuarij vagari debent, pro Miſſis celebrandis recens Conſtitutio à Papa Vrbano Octauo ſub die 21. Iunij 1625. obſeruentur, ſub pœnis in ibi contentis, & alijs noſtro arbitratu, nec nouas Miſſas celebrantibus eleemoſynas per Ciuitates quæritare indulgemus, ſed tantum ad Populum ſe vertentes oblationes ſponte oblatas recipere, & deinde in poſterum omnino prohibemus, cum id liceat Parochis tantum.

§. II. [9] Miſſa debet celebrari in die, non in nocte, quia ipſe Chriſtus eſt præſens in hoc Sacramento, qui dicit in Ioanne 9. me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt, quamdiù ſum in mũdo, lux ſum mundi, ita tamen, vt princi-

pium

6 Seſſ. 22. per totum.

7 S.Greg. Nazian. ora.40.

8 S.Greg. 2. Paſt. cap.7.

9 S.Tho.3.p. q.83. Ar.2.ad 4.

pium diei accipiatur non à media nocte, nec etiá ab ortu Solis, ideſt quando ſubſtantia Solis apparet ſuper terrá, ſed quádo incipit apparere aurora; vnde Miſſa ante aurorá, & poſt meridié numquá volumus celebrari, præter quá in caſibus à iure permiſſis: & in aurora vna tantú pro labore mercedem quotidie quęrentibus, & itinerantibus, quo tempore nó in Cappellis nimis vmbroſis, & arctis, ſed in Altari Maiori, ſeu alijs luminoſis, & ſpatioſis, & maiori luminum numero, ad aliquem irreuerentiæ actum euitandum.

§.III. Sacerdotes omnino ſtudeant Miſſam, & præcipuè ſecreta Canonis ex libro legere, & memoriter non recitare, vt maiori, & actualis intentione percipiant, quæ dicunt, & errores, et verború inciſæ prolationes euitentur, & plures tribus orationibus, vel ad ſummum quinq; ne dicant: Diſtinctæ, et clarè proferant, quæ palam; Quæ vero ſecreto dicenda ſunt, ſecreto etiam pronuncient; & hoſtiá ita moueant, et ſumant, ne iterum ipſam eleuare videantur, et ea omnia ſeruent, quæ in Miſſali Romano diſpoſita inueniútur.

§.IV. Sacerdotes [10] vt appareant fidei ſignaculum, & amoris exemplum, ante ce- 10 S. Ber. opuſc. de char. cap. 28.

lebrationem ſe ipſos probent : & meditantes in oratoriola, ſeu altariola cum aliqua imagine Crucifixi, & tabella præparationis ad Miſſam ad id deputata ſe colligant : peccata ſua confiteantur : debēt ſe [11] accuſare et iudicare vſque quo perueniant ad fimbriam. Nimis laudabile etiam foret, Miſſam totam perlegere, ſignacula ſuis locis adaptare, & Sacerdotalibus induti Paramētis nitidis, mundis, & longo vſu non conſumptis, et ſecundū temporis diuerſitatē; neminem alloquij, vel alteri aures præbere, & ſaltem matutino officio perſoluto, Miſſas deinde peragere; & ne poſtquā Miſſam inceperint, Populus irrideat miniſtrorum deſidiam, & neglıgentiam, non exeant à Sacrario, niſi omnibus neceſſarijs in Altari compoſitis, et paratis.

11 Vgo Car.l. in Ps. 44. 14.

§. V. Ad Altare progreſſi neminem expectent, neque Miſſam inchoatā intermittant, ſeu inceptam repetant, et dum iam Miſſæ celebrantur, miniſtri per Eccleſiā non diſcurrant, ſed Sacerdoti celebranti, vt par eſt, Cotta, et veſte talari aſſiſtant : verus [12] ad Sacra percipienda acceſſus, id accedentibus tribuit, vt eis ad ſimilitudinem, atque conſortium tranſire appareant.

12 Dioniſ. Areop. de eccle. Hierar. cap. 3.

reant. In oblationibus patenam non offerant deoſculádam, ſed crucem, vel aliã imaginem. In gradibus propè Altare mulieres omnino prohibeãtur per miniſtris circumſedere, dum Miſſa peragitur, ſed extra cancellos ſiſtant, ne celebrantium oculi, ſacris intenti, vanitatibus repleantur: Chriſtus Dominus noſter apparuit
, ſponſæ poſt parietem [13] reſpiciens per 13 Cant. 2. 9.
, feneſtras, proſpiciens per cancellos. Altare duobus ſaltem luminibus nõ ex oleo, ſed alba cera refulgeat, & vſque ad Miſſę finem non extinguantur. Et Miſſæ ſacrificio completo, & Sacris veſtibus exuti, iterum ad altariola reducti, gratias Deo parſoluant.

§. VI. Nulli Sacerdotum cooperto capite abſq; Apoſtolicæ Sedis indulto celebrare, ſeu cum anulis liceat, & ſi alienæ fuerit Diœc. ad Altare etiã in Eccleſijs Regularium non admittantur, ſine Ordinarij ſui dimiſſionalibus litteris, & à nobis recognitis, et licentia impetrata ſub pęna ſuſpenſionis illos admittentibus.

§. VII. Parochi moneant ſæpè populũ Miſſam diebus Dominicis, & feſtiuis omnes præcepto Eccleſiaſtico ſatisfaciendo teneri, & ſi poteſt quotidie, ego [14] pluam 14 Exod. 16. 4.

 vobis

, vobis dicit Dominus panem de Cœlo,
, egrediatur populus, & colligat, quod ſufficit per ſingulos dies. Acriter arguant parentes filios ſuos, et Dominos, famulos impedientes, quo minus præceptum adimplere poſſint, & quam grauiter peccēt, eis oſtendant. Vnde execrabilis ille abuſus Diabolica arte introductus, quo nubiles Puellæ, aut Viduæ, et aliæ mulieres Viris ſuis, ſeu propinquioribus conſanguineis orbatæ, luctum gerentes, domi diutius, quam honeſtatis cauſa ferre poteſt, ſe continent, et ſacrificio Miſſæ non interſunt. Sicut Sponſa, quæ paupertatis, vel honeſtatis cauſa expoliauerat tunica ſua, & coinquinatos labore habebat pedes, nō aperuit dilecto pulſanti, illico diuinus Sponſus dereliquit eam, cui tot, et tanta euenerunt mala, vt lacrimis plorās,
15 Cant. 5. 6. , diceret, anima mea liquefacta eſt, vt
, locutus eſt: quæſiui, et non inueni illum,
, vocaui, et non reſpondit mihi, inuenerūt
, me cuſtodes, qui circumeunt Ciuitates,
, percuſſerunt me, et vulnerauerunt me. Vnde quantum in nobis eſt, abuſus iam dicto mederi cupiētes, ipſum prorſus abrogamus, & ordinaria auctoritate in hoc Synodali congreſſu maledicimus, et exe-

cra-

cramur, & S.Caroli vigilantiſſimi Paſtoris veſtigia humiliter imitãtes, ſtatuimus, quod ſi Viduæ, alięq; mulieres luctuoſæ huiuſmodi, vel Puellæ virgines poſt tres vices Miſſis interuenire neglexerint, excommunicationis pœnam non euadant, quam etiam ad parentes, ſeu alios impedimentum præſtantes extendimus.

DE SANCTORVM RELIQVIIS, ac Imaginibus.

CAPVT XIII.

§. I. SAcro iubente Tridentino Concilio, nullæ Reliquiæ recipi poſsũt, niſi prius ab Ordinario recognitæ, & approbatæ. Vt igitur Reliquiæ Sanctorum venerandæ [1] demonſtrentur, vt victricis pietatis, et deuictæ impietatis memoria perduret; Eo quod [2] Sanctos Dei in veneratione habere debemus, tamquam membra Chriſti, Dei filios, amicos, & interceſſores, et ideo eorum reliquias qualicumque honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, fuerunt enim eorum corpora templa, et organa Spiritus Sancti in eis habitantis, et operantis. Ideo ſta-

1 S.Auguſ.ſer. 9. de Sanct.

2 D.Thom. 3. par. q.25.ar.6. in cor.

ſtatuimus et omnibus, ad quos ſpectat, etiam Regularibus, et quantumuis exẽptis, ſub pœna Suſpenſionis præcipimus, ne vllas reliquias recipiant, & adorationĩ exponãt, niſi à Nobis, vel Vicario noſtro generali fuerint recognitæ, vt adhibitis Theologis in Cõcilium, alijſq; pietate, ac doctrina viris eminentibus ad prę̃ſcriptũ eiuſdem Sacri [3] Conc. Trid. ea quæ pietati, ac venerationi ipſarum magis conſentanea videbũtur, decernere poſſimus,
, vt [4] quorum pretioſa in conſpectu Do-
, mini fuit mors, & eorum terra carnis vita
, deſerente, non contemnatur.

3 Seſſ. 25. cap. de inuoc. & vener. SS.

4 S. Auguſt. ibid.

§. II. Ne ex frequenti Reliquiarum oſtenſione, ipſarum deuotioni, ac venerationi detrahatur, præcipimus, ne ipſæ, quæ in Eccleſijs nobis ſubiectæ reperiuntur, oſtendãtur, niſi in Natiuitate Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtis Paſchate, & in proprijs Sanctorum, quorum ſunt Reliquiæ, Feſtiuitatibus, ac alijs vbi illas oſtendere fuerit conſuetum, & tunc nõ niſi à Presbytero, Cotta, et Stola induto, luminibus accenſis, & eleemoſynas nullo modo quærente, nec quærere permittente, oſtendantur. Illarum claues ſemper apud ſe retineant, nec alterius fidei vllo

tem-

tempore committantur, & præſertim laicis; earum partem, etiam minimam non auferant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nec alio transferant. Et ea omnia, quæ circa earum conſeruationẽ Cardinalis Caetanus ſanxit, in memoriã reducimus, & innouamus. Memores „ quod hæc, [5] Ciuitatis illius beatæ, atq; „ ſanctæ, æterna cuſtodia eſt, quæ ex mul- „ tis in vnũ conuenientibus, & in vno quoq; „ noſtrum Deo Ciuitas eſt. Eſt.n. Sãcti cor- „ poris, et fidelis animę ei placida poſſeſſio.

[5] Zeno. Epiſ. Veron. ſer. in Ps. 126

§. III. Noſtra miracula nullatenus à quouis, etiam Regulari, & exempto publicentur, niſi prius à nobis iuxta Tr. C. [6] decreta recognita, & approbata. Cum vero contigerit per concurſum populi, & vulgi rumore aliquid in miraculum propalari, nec valent Parochi, & alij, populi tumultibus obſtare, tunc Eccleſias claudant, & nobis denuncient, ut cum interuentione Theologorum, valeamus, veritate accepta, vulgi clamores ſedare, et quod magis iuſtum, et pium, decernere, quia [7] ex hoc aliquod dicitur miraculum quod fit præter ordinem totius naturæ.

[6] Seſſ. 25. ca. de inuoc. & vener. SS. verſ. hęc vt fidel

[7] D. Thom. p. par. q. 110. ar. 4.

§. IV. Sacræ imagines Chriſti Saluatoris noſtri, Deiparæ Virginis Mariæ, Ange-

lorum, Apoſtolorum, Euangeliſtarum, ac aliorum Sanctorum, ac Sanctarum, quibus [8] per viſibilia inuiſibilia demonſtrantur, nullatenus pingantur, aut ſculpantur, vel pictæ, uel ſculptæ retineātur, nec ueſtiātur cum alio habitu, & forma, neque alicuius ordinis regularis, neque in Eccleſijs regularium, quam antea antiquo tempore Eccleſia conſueuit, ſeruata forma Conſtitutionis fel. record. Vrbani Octaui nuper editæ, nec aliquo prophano, ſeu uanitatem, uel inhoneſtatem pręferentes; neque inſolitæ Sanctorum imagines contra hiſtoriæ ueritatem, ſed Regis [9] æterni, & Sanctorum uiua, & uiuificans imago perfulgeat, fide ſcilicet ueritatis, ne in rudium animos, aliqua irruat praua ſuſpitio, teſtimonio Diui Gregorij Papæ [10] ſuffulti: quod legentibus præſtat ſcriptum, hoc ideotis cernentibus præſtat pictura: quia uiam ignorantes, & quid ſequi debeant, in ipſa legunt, qui litteras neſciunt. Finis [11] enim, ob quem Sanctorum imagines inſtituuntur eſt, ut per huiuſmodi imagines mentibus hominum imprimetur, et confirmetur fides de excellentia Sanctorum, et Angelorum.

8 D. Gregor. ep. ad Secundinum.

9 S. Paulinus ep. 2. ad Delphinum.

10 lib. 9. epiſt. 9.

11 D. Thom. 2. 2. q. 94. ar. 2. ad primum.

San-

§. V. Sanctorum imagines [12] ad emulatio-
nem poſterorum, & cõmendationem eo-
rum, qui rem fortiter geſſerunt, decenter
retineantur, conſumptæque reficiantur
omnino, vel comburantur, & earum ci-
neres in Sacrarium proijciantur; idemq;
de ſacris libris veteris, & noui teſtamen-
ti, & Sanctorum Patruum, ac reliquis Ec-
cleſiaſticis ſcriptoribus vetuſtate, & cor-
roſis obſeruari præcipimus attritis, ne ad
ſordidum vilemq; vſum penitus tradãtur.

12 S. Ephræm Syrus de patientia, & tolerantia.

§. VI. Prophanæ, & laſciuæ imagines à do-
mo proijciantur, nam quam [13] viles piæ,
ad pietatem, tam noxiæ obſcenæ pictu-
ræ ſunt, & ad malum prouocant, dum vi-
dentur; Peſtilens hęc lepra, quæ domos
inficit, domo eijcienda eſt. Lepram ha-
bent in Domo, qui in thalamis ſuis de-
pingi faciunt imagines laſciuas.

13 B. Albert. Mag. ſerm. in Dom. 3. Adu.

§. VII. Vexillum Crucis in ſummitate Cã-
panilis cuiuslibet Eccleſiæ ponatur, vt fi-
deles illam ſuſpicientes Dominicam re-
colant paſſionem, & quod illud ſignum
erit in Cœlis, cum Dominus cunctos po-
pulos adiudicandum venerit. Si [14] Bea-
tus Gregorius Magnus vigilãtiſſimus ad
diuina oracula, inſpecta Abrahæ hiſtoria
fleuit, quanto magis Ico Domini noſtri

14 Theod. Epiſ. Catan. apud Nouar.

M Ieſu

, Ieſu Chriſti, veri Dei à nobis inſpecta ad , lacrimas, et vtilitatem contemplantes, nos adhortabitur. In proceſſionibus, & alijs functionibus, non niſi à Clerico ſuperpelliceo induto deferatur.

DE DIEBVS FESTIS, IEIVNIO, *eorumque obſeruatione.*

C A P. X I V.

§. I. Apud Sacras Scripturas ſæpè legimus iuſtiſſimum Deum publica peccatorum multitudine offenſum talia ſupplicia intuliſſe, vt facilè appareat ab hominibus inferri non potuiſſe, , extendam, inquit, manum, [1] & percutiam , Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, nempè aeris trãquillitatem morboſis peſtilentijs corrupiſſe, famem, et rerum egeſtatem inuexiſſe, homines, Vrbes, Prouincias, & Regna, cruentis, & ferinis bellis commouiſſe, aquarum inundatione, et alijs flagellis totum Orbem animaduertiſſe. Sed quia [2] idcirco à Deo flagel- , lamur, vt Deum cognoſcamus iratum, , quem nolumus cognoſcere propitium; Nos pro virium noſtrarum imbecillita-

1 Exod. 7. 5.

2 Ol ast. in Exod. 7. 5.

te, cupientes hæc mala auertere, omnes, & ſingulos nobis ſubditos benignè adhortamur, & obſecramus, vt ſaltem Dominicis, et feſtiuis diebus omni ſeruili opere deſtituto, ſoli Deo famulantes habitent [3] in domo Domini, vt contemplá- [3]
do delectationem Dei, viſitent templum ſanctum eius, ibi namq; orationibus ſint intenti, dieſque feſtiuos integros ad Dei laudem ducere, diuiſque [5] vacare ſtu- [5]
deant, diuinam clementiam deprecãtes, vt præſentia mala, quibus nõ leuiter pręmimur, à nobis repellere dignetur, & auertat, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ inimicos diſſipet, atque confundat, vt pacis ſerenitate ad maiorem Dei gloriam gaudere digni effici mereamur.

[3] S. Auguſ. ep. 121. quæ eſt de orando Deo c. 8.

[5] D. Thom. 2. 2. q. 122. ar. 4. ad 3.

§. II. Statuimus proinde, atque iubemus dies feſtos iuxta infraſcriptum Calendarium nuper à SS. D. N. Vrbano Octauo in ſua Conſtitutione editum, ab omnibus debito honore, & cultu cuſtodiri, et obſeruari; fideles templa ſacra frequẽtant, & orationibus ſint dediti, nulla opera ſeruilia fiãt, nec à Dominis, neq; à famulis, Mercenarijs, Operarijs, Vectoribus, Mulionibus, Molitoribus, Pictoribus, Tonſoribus, Sartoribus, Calcearijs, & Piſcatori-

M 2 bus,

bus,cæteriſque id genus,neque metant, aut ſerant, vel fructus colligant, niſi neceſſitas vrgeat, aut pietas aliter [6] ſuadeat. Et tunc de licentia per Vicarium noſtrum generalem in Ciuitate, & Oppidis, et Terris noſtræ Diœc. per Vicarios Foraneos,ſeu Archipresbyteros gratis,ac ſeruata forma Conſtitutionis prædictæ concedenda. Qui contra Conſtitutiones huiuſmodi ire præſumpſerit,pœnam decem carolenorum ſubibit; Mercatus, emptoria, & nundinæ præter ab immemorabili tempore introducta, ne fiant, neque in contractibus iuramenta præſtentur. Fori vtriuſq; tribunalia ſileant, executiones reales, ſeu perſonales pro ciuili cauſa ſub pœna excommunicationis denegentur,& deniq; bohrcæ, ludi, Tripudationes,Circulationes,et actus Scenici, præſertim dum Diuina celebrantur, quo tempore pęnitus ea interdicimus, omnino deſerantur, & ab ijs abſtineant.

,, A tumulta [7] rerum corporalium, magnum ſeceſſum petierat Dauid Rex dicens,vnam petij à Domino, et hanc requiram, vt inhabitem in Domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

6 cap. fin. de ferijs.

7 S. Gregor. mor cap. 18.

§. III. Veterem Eccleſiæ noſtræ conſuetu-

dinem

dinem laudabilem, atque approbatam, qua in die Dominica, poſt Feſtum inuẽtionis Sancti Cataldi, Cuius nomine Tarentina Ciuitas patrocinio regitur, & Eccleſia noſtra decoratur, omnes Abbates, Archipresbyteri, et Curam animarum gerentes Superpelliceo induti perſonaliter, niſi eis rationabilis obſtet cauſa, intereſſe debent, & nobis obedientiá præ-
, ſtare, quia [8] ſicut in Saluatore erát om- 8 S. Aug. q. 75. ex nouo teſtam.
, nes cauſæ Magiſterij, ita, et poſt Saluato-
, rem in Petro omnes continentur. Nos præfatam laudabilem conſuetudinẽ approbátes, & innouantes, mandamus omnibus infraſcriptis, vt in prima Dominica poſt Feſtum Inuentionis eiuſdem Sancti Cataldi, vt ſupra ſub comminatis pœnis excommunicationis comparere, non prætermittant.

§. IV. Nouerint vniuerſi toto Quadrageſimæ curſu, exceptis Dominicis, quatuor anni temporibus, & Sanctorum in dictis Vigilijs ſe debere ieiunio macerare, quod
, eſt [9] parſimonia victus, abſtinentiaq; 9 D.Thom. 2. 2. q. 174. ar. 2.
ciborum, ita vt ab omni carne*, ouis, lacticinijs abſtineant, & vnica commeſtione,
, per [10] quam homo poteſt, & naturę ſa- 10 Ibid. q. 47. ar. 6. in corp.
, tisfacere, & diminuendo commeſtionem vices,

* vide Concil. Prou. Tarent. an. 1576. in nouis notis

„ vices, concupiſcentiæ aliquid detrahere,
„ præter exiguum in veſpere ientaculum,
11 S.Io. Chriſ. primo de pœnitētia. „ vt [11] ex hominibus Angeli fiant; Quid
„ eſt ieiunium niſi ſubſtantia, & imago cœleſtis. Ab hac tamen lege ieiunij excipiuntur, qui imbecillitate vrgente, neceſſitate, vel morbo correpti ſunt, tunc non niſi de licentia noſtri Vicarij gratis concedenda; & præuia atteſtatione cum iuramento periti Medici, & Confeſſarij ab huiuſmodi lege ſoluantur; In Diœceſi verò nemini liceat licentiam huiuſmodi concedere ſine noſtra ſpeciali facultate.

§. V. Præcipimus omnino, vt ieiuniorum tempore, & præſertim Quadrageſimali, in tabernis, cauponis, ac diuerſorijs carnes, vetitique cibi non exponantur, nec vēdantur, ſeu coquantur, niſi inſcriptam licētiam à noſtro Vicario impetrauerint, & tunc oſtio maiori ex parte clauſo, & ab ijs hominibus, qui cōſcriptam licentiam habuerint; & non omnes carnes, ſed quæ ad ægrotantium neceſſitatem tantum fuerint opportunè. Qui verò licentiam cibos vetitos comedere impetrauerint, ea ſecluſo ſcandalo vtantur.

12 S.Io. Chriſoſto. ſer. primo de ieiunio. §. VI. Et qui [12] propter peccatum ieiu-
„ nat, & in peccatis volutatur quid amplius facit,

, facit, quam ſi in luto lutus ſit, iterumque,
, in luto volutetur; principio à peccato ip-
, ſo abſtinendum eſt. Ieiunium [13] .n. cor- 13 D.Thom.2.2.q. 147.ar.1.3.5 & 7
, porale ordinatur ad deletionem, & cohi-
bitionem culpæ. Ideo curent Parochi, &
hortentur Populos, vt ſaltem in media
Quadrageſima peccata ſua confiteantur,
ne velint vltimam temporis partem ex-
pectare, ne confuſionem pro confeſſione
reportent, abſtineant à ludis, blaſphemijs
cæteriſque actibus, qui ſcandalo ſint, ſed
totũ illud tempus in orationibus, & elee-
moſynis terant, quibus peccata ſua redi-
mant, & facilius miſericordiam conſe-
, quantur, [14] cernis quod non ieiuniũ pe- 14 S. Io. Chriſoſto. hom. 3. ad Populum Antiochen.
, riculo eripuit, ſed vitæ mutatio, Deum
, placatum, & beneuolum reddit.

§. VII. Vicarius noſter Generalis à dimidia
Quadrageſima det litteras omnibus no-
ſtræ Diœc. Archipresbyteris, quibus cõ-
ſiderandum proponat, vtrum [15] Chri- 15 S. Aug. ſer. 74. de diuerſis.
, ſtianus dicendus ſit, qui ſaltem his die-
, bus non vult finire, quas nũquam debuit
exercere, & mandet, vt idoneos, & pro-
batos viros deputet, qui diſcordijs ſedã-
dis, amicitias, & paces componẽdo, odia,
& rancores tollendo vacent, nam [16] per 16 S. Thom. ibid q 37.a2.2.ad 3.
, concordiam res paruulæ creſcunt, & per
diſ-

discordiam maximę res dilabūtur. Vberrimum præmium à Diuina bonitate ob tam pium, [17] Charitatis opus reportaturi. Concionatores, quos à nobis in Terras, & Oppida, vel ex Vniuerſitate, vel noſtra electione mitti contigerit, benignè recipiantur, benè tractentur, & eis conſuetæ, & condignè eleemoſynæ perſoluantur. Aequm enim eſt, eos qui ſpiritualia ſeminant, temporalibus ſtipendijs non defraudentur.

17 Idem q. 29. ar. 3. ad 3.

DE CAPITVLIS, ET CANONICIS Eccleſiæ Tarentinæ, aliarumque Collegiatæ, & Diuinorum Officiorum recitatione.

CAP. XV.

§. I. Dignitates, & Canonici tamquam [1] fratres mei, et domus Patris mei uenerunt ad me, et ſunt Viri Paſtores ouium, curamque habent alendorum gregum, & noſtri coadiutores ad maiorem Dei honorem, & animarum ſalutem inſtituti, ſtudeant, vt quanto cęteris graduum præſtant pręrogatiua, eo magis imitabiles cęteris in cunctis, quæ agunt

1 Gen. 46. 32.

agunt ſe inſinuent, & præſertim Conſtitutionum noſtrarum obſeruantia fulgere debent, vt vnuſquiſq; munus ſibi à iure Canonico, vel Eccleſiæ noſtræ cóſuetudine iniunctum, vel à nobis cómiſſum, omni ſollecitudine expleant.

§. II. Canonici, reliquique omnes de Clero Choro ad iſti Conſtitutiones à prædeceſſore noſtro Cardinali Caetano prudenter peractas, quas in mentem reducimus & innouamus circa Diuini officij perſolutionem obſeruent. Vnde in ſuis quiſq; ſedibus quietè cóſedeant, & coniunctim benè [2] pſallant in vociferatione, diſtinctè, ſedatè, & cum pauſa in medio verſiculi, verba non tranſcurrant, neque declutiant, ſed compoſita voce pronúcient, ſeu canant, ita vt fiant [3] aures Dei intendentes in vocem deprecationis eorú. Et [4] ſeipſos, et alios audiétes ad Dei reuerentiam, et affectum prouocent, & inducant. Litteras, & libros præter officiú non legant, nec priuatim dum commune officium, vel Miſſa decantatur officium perſoluant, Cottas in Sacriſtia induant, & exuant, et in oratione bina flectét genua. Nemo dormitet, iocetur in Choro aſtantibus, vel laicis colloquatur. Verba enim

2 Pſal. 32. 3.

3 Pſal. 129. 2.

4 D. Thom. 2. 2. q. 91. artic. 1. & 2. in corpor.

[5] S.Baſil.ſerm.de orando apud D. Thom. 2.2. ,, ad [5] aliud pertinentia diſtrahunt mentem, et impediunt orationem orantis: Similiter nec tabaccum ſumant, quod magis vomitum excitat, quam ſalubritatem procurat. Ne eorum incuria debilitetur hic ſonus formidabilis Dæmoni; nam quemadmodũ ex clamore Iſraelitarum fuerunt philiſtæi perterriti, ſic Dæmones ex cantu, & ſacris canentis Eccleſiæ vocibus ſolẽt arceri. Et è Choro non diſcedant, niſi ex neceſſaria cauſa, & de pũctatoris licẽtia, ſeu præfecti. Qui in prædictorum aliquo deliquerit, diſtributionis pro illa parte officij priuetur, & grauius etiam noſtro arbitrio punietur.

§. III. Miſſas in hebdomadis ſibi contingẽtes vllo modo commutare cum alijs poſſint, ſine vrgenti cauſa: & in diebus feſtiuis ad canendum peritiores adhibeantur. In recipiẽdo incenſum, & pacis oſcula, ſint reuerentes, et à riſu, & colloquijs abſtineant, memores [6] quod in conſpectu Angelorum pſallunt: & qui taliter orat, non ſolum [7] non impetrabit, quod petit, ſed magis Deum irritabit. Matutinum, & reliquas horas iuxta Eccleſiæ noſtræ antiqua conſuetudine ſemper cantent.

[6] Pſal. 137. 2.

[7] D.Thom. 3. p. q. 83. ar. 5. ad 4.

Pun-

§. IV. Punctatores, quorum alter à nobis, alter vero à Capitulo eligitur; ante iuramenti emiſſionem, non exerceant, munuſque ſuum ſine perſonarum exceptione, excuſatione, aut expectatione exequantur, nemini parcant, librum punctorum nemini oſtendant, & notent omnes, qui vel abſentes, vel in aliquo ex præfatis, & inferius ſubiūgendis negligentes, ſeu delinquentes fuerint: ſingulis horis ambo interſint, vel ſaltem alter, nec aliū ſubſtituant, niſi de noſtra licentia, ſub pœna amiſſionis diſtributionum per quatuor dies: ambo libros punctorum conficiant, & ſæpè inter ſe conferant; notent diſtinctim eos, qui in maioribus anni feſtiuitatibus; & dum Prælatus eſt præſens, à principio, vſque ad finem nō interſunt, ſub pœna vnius tareni pro ſingulis vicibus. Auertant ne propter eorum negligentias eis imputanda ſint mala. Diſſipauit [8] Aron Iſraelitas, dixit Moyſes
„ quemadmodum illud totum, quod Po-
„ pulus fecit, ipſi Aron tribuatur, quod eis
„ conſenſerit ad faciendum, quod malè pe-
„ tierant; magis enim dictum eſt, diſſipa-
„ uit eos Aron, quoniam ceſſit eis, quam
„ diſſipauerunt ipſi, qui tātum malum fla-

8 S. Aug. q. 146. in Exod.

gitauerunt. Si quis ex Canonicis,Presbyteris,ſeu Clericis,Punctatoribus cominari, ſeu quomodolibet iniuriam ferre auſus fuerit,decem ducatorum pœna mulctetur, & etiam carceri mancipetur.

§. V. Vt autem decreta huiuſmodi ad Diuini officij recitationem pertinentia debitę demãdentur executioni, & Punctatores ſuo fungãtur munere,decernimus, & conſtituimus duos Chori præfectos à nobis nominandos,& ad noſtrum nutum amouibiles,qui ſedulo proſpiciãt, ne aliquid prætermittatur eorum,quod ad ritè officia decantanda ſpectat, negligentes grauiter animaduertant, & ſi nõ paruerint Pũctatoribus, qui velut abſentes eos notent, denunciẽt, & ad noſtrum Vicarium pro rei qualitate referant. Per hanc tamen præfectorum deputationem non intendimus Dignitatibus, & Canonicis in aliquo præiudicare,ſed eorum iura, & prętogatiuas illibatas volumus cõſeruari.

§. VI. Curent Pũctatores, quibus negligẽtibus inuigilent præfecti, ſub pęnis arbitrarijs,ne quis ex Canonicis,Presbyteris, & Clericis Choro addictis infirmum ſe fingat, et aliter inuentum Vicario noſtro denunciẽt, vt grauiter eum pręter diſtribu-

bu-

butionum ammiſſionem puniat . Et vt magis in poſterum, abſētia ſine legitima cauſa euitetur pcipimus, & ſtatuimus, vt taliter abſentes, ſi eos interim infirmari contigerit, diſtributiones nō faciant ſuas, prout cenſuris irretiti, et carcerati : non autem ex iuſta cauſa; ac etiam eos infirmos, qui in valetudinis tempore officijs intereſſe nō ſolent, à diſtributionum perceptione omnino arceri ſancimus.

§. VII. Nullus Canonicorum, ſeu aliorum noſtræ iuriſdictioni ſubiectorum è noſtra Diœc. ſine noſtra licentia abeſſe audeat, ſub pœnis carceris per vnum menſem, ne plurimorum abſentia, membra „ corporis [9] Chriſti deſtituta ſpiritali vi- 9 S. Aug. ep. 180. ad honorat.
„ ctu necentur.

§. VIII. Laudabilem cōſuetudinem, quam in noſtra Eccleſia ad præſcriptum Cōcilij Mediolanenſis tertij ſub ſanctiſsimo viro [10] Carolo Borromeo inuenimus, de 10
anniuerſarijs celebrandis poſt omnium fidelium defunctorum commemorationem pro Eccleſiæ noſtræ Archiepiſcopis defunctis, & deinde Canonicis, et Presbyteris, & poſtmodum Benefactoribus, qui diem clauſerūt extremum, laudamus & approbamus, illamq; ſtatuimus in Eccle-

cleſijs Collegiatis noſtræ Diœc. introduci, & obſeruari præcipimus, atque iubemus, ſub pœna noſtro arbitrio infligēda.

11 §. IX. Saluberrimum Calſti PP. tertij [11] inſtitutum de ſigno campanæ in aurora, meridie, & veſpere in noſtra Cathedrali Eccleſia, & alijs ſæcularibus, & regularibus, vt [12] notum faceret nobis Sacramētum voluntatis ſuæ, quod propoſuit in eo in diſpēſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto quæ in Cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo, omnino obſeruari mandamus. Hortamur itaque omnes, vt dato ſigno campanæ, Deo omnipotēti pro Sāctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, et Principum concordia preces humiliter, & genibus flexis fundant, ne [13] tanto dono, tanto honore, tanta dignitate cum nos dignatus ſit Deus, dedecoremur benefactorem, & tantam gratiam inanem reddamus.

12 Ad Epheſ. 1. 9.

13 S. Io. Chriſoſto. hom. 1. in epiſ. ad Epheſ.

§. X. In noſtra Cathedrali Eccleſia conueniens Miſſarum numerus præcipuè feſtiuis diebus celebretur, & Sacriſta maior, cui tale munus incumbit, in circuitu eos Sacerdotes deſcribat, qui ante Matutinum, et poſt Miſſam maiorem, celebrare debent, nec Miſſas ſcribat eorum, qui

ex-

extra Eccleſiam noſtram ſine noſtra licentia cõtra noſtras edictales litteras pluries emanatas celebrabunt.

§. XI. Miſſæ non niſi competenti temporis interuallo celebrẽtur, nec plures quatuor eodem tempore, nec in Altaribus oppoſitis, & valde proximis. Et Presbyteri, quibus in diebus feſtiuis ex iuſta cauſa extra Cathedralem Eccleſiam celebrandi licentiam faciemus, ante, vel poſt Miſſam maiorem celebrent, ne Chorus, & Eccleſiæ ſeruitium deſeratur.

§. XII. Canonici, ac cæteri Presbyteri Miſſam nõ ſolum diebus Dominicis, & feſtis ſollemnibus, & tam frequẽter, vt ſuo muneri iuxta Sac. Conc. Trid. sanctiones satisfaciant, ſed celebrare quotidie nõ dimittant, niſi rationabili ex cauſa præpediti: Vnuſquiſque enim tenetur vti gratia ſibi data, cum fuerit opportunum, ſecundum illud primæ ad Corinthios 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Quod ſi raro ſacrum fecerint, vt populo ſcandalo ſint, eos, ad quos ſpectat, monemus, vt omnino nobis denunciare procurent, vt paternè à nobis admoniti, gloriam indiuiduæ Trinitati, & refrigeriũ fidelium animabus in Purgato-

14 Seſſ. 22. cap. 1. & Seſſ. 23. cap. 14 de refor.

15 D. Thom. 3. p. q. 82. ar. 10. in cor.

gatorio exiſtentibus per celebrationem augeant. Qui verò per tres menſes continuos à celebrando deſiſtet, carceris pœnæ pro noſtro arbitrio [16] ſubijcietur: per menſem verò, vel per duos mitius tractabitur.

16 Aduertant, nam eſt contra mentem DD. ſuper dicta ſeſſ. 23. cap. 14. de refor. Cóc. Trid.

§. XIII. Præſente Prælato in Eccleſia, & præſertim in maioribus anni feſtiuitatibus, ac Quadrageſimali, & Aduētus tempore, & ordinationum, cum ab ipſo celebrabitur, ne Pontificalis vileſcat dignitas, ſi pauci ſunt, qui Miſſas, ac Diuinas laudes perſoluāt, mandamus, & pręcipimus, vt omnes Canonici, & alij de Capitulo, & Clero huius noſtræ Eccleſiæ præſentes ſint, qui verò contraire præſumpſerit, & legitimam non adduxerit excuſationem, vnius ducati plectetur pœna.

§. XIV. Magiſter Cæremoniarum, Prælato celebrante, per diem ante cuncta paret; miniſtros moneat, atque inſtruat, vt ſine tumultu, & deriſu, cultus Deo reddatur: nec aliquis ſuper cæremonijs ſe intromittat: immo omnes eidem Magiſtro Cæremoniarum inſpectantibus eius officium, ſine contradictione, & ad nutū obedire teneantur. Diligenter obſeruet, an in Choro, & in alijs locis debitè ſer-

uentur

uentur cæremoniæ, & rudes, ſi quæ ſint, omnino repellat libros, & Cæremoniarũ tractatus ſæpè reuoluat.

§. XV. Theologus obſeruet, quæ ſupra ſtatuimus, & Pœnitētiarius ſingulis diebus in Eccleſia loco deputato aſſiſtat; qui dũ Confeſſiones audit, integras lucrabitur diſtributiones, prout ſi in Choro intereſſet.

§. XVI. Capitulum, & Clerum ſingulis ſaltem menſibus, vel frequentius congregetur, in quo de ſpectātibus ad Diuinum cultum, vel ad Eccleſiæ ſeruitium tractetur, & ſi ij, ad quos ſpectat, vocare neglexerint, poſſit à quolibet ad id deputato conuocari. Suffragia ſecretè dentur, & antequam congregetur, per diem ante, fiat intimatio pro certa die, & hora, cum notitia negotij proponendi, ſub pœna nullitatis, & decem carolenorum officialibus ad quos ſpectat conuocare de proprio perſoluendorum, quæ omnia à nobis conſtituta in Collegiatis Eccleſię noſtræ Diœceſ. quatenus illas concernere queant, volumus obſeruari.

DE ECCLESIIS PIA IN EIS *Verſandi ratione, & Altaribus.*

CAP. XVI.

§. I. CVM domum Dei omnis deceat ſanctitudo, nec liceat fidelibus domum orationis, in ſpeluncam reddere latronum, prout ſæpè Chriſtus Dominus conqueſtus eſt. nam [2] ſicut Eccleſia habet Altare viſibile in terra, eſt, & Altare
, inuiſibile in Cœlo apud Deum. Hoſtia,
, quam in hoc altari Deo offerimus, Deo
, coniungitur, & fit Deus: in hoc Sacrifi-
, cio coniungũtur terrena cęleſtibus, crea-
, tura Deo; Cum hic corpus, & ſanguinem
, Chriſti ſumimus, de Cœlo Deum accipi-
, mus, in quo omni benedictione cęleſti, &
, gratia replemur. Sumimus hic viſibiliter
, corpus, et ſanguinem Chriſti, ſumimus
, inuiſibiliter de Cęlo; perlatã benedictio-
, nem, et gratiam Dei. Sed licet tot gratijs repletam domum ſanctam videamus, tamen noſtris temporibus prophanis Ædibus ſimiles cognoſcuntur Eccleſię, quod non minus in his, quam in illis ſcelerum habenę relaxantur. Domus priſcis tempori-

[2] Odo Cameracẽſ. Epiſcopus ſacr. Canon. expoſit. diſt. 3. B. v. P. T. 6.

poribus [3] Eccleſiæ erant, nunc ipſa etiã Eccleſia noſtra Tarentina in domum reducta eſt. Nihil autem in priuata domo carnale loquebantur; nihil nunc in hac Eccleſia ſpirituali memoratur. Cumque Deus loquatur, non modo ipſum ſilẽtio, non audiunt, verum etiam contraria inferentes inculcant. Quas obres acerbè fleo, & numquam flendi finem faciam. Tamẽ ne totaliter prophanatã remaneat (Diui noſtri Cataldi implorato auxilio) mandamus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus omnibus Clericis, & Laicis, ne in Eccleſijs negotiationes faciant, pernoctent, tumultuentur, nec iudiciorum ſtrepitus, & litium iurgia, nec Vniuerſitatum, et Societatum concilia faciant, cõtractus vllos præter matrimoniale, ineãt, nec in eis vllo modo vanas confabulationes, et fęda colloquia habeant; In [4] templo enim aſſiſtunt, verba deſcribentes, Angeli; Adeſt, & Dominus affectus intrantium conſiderans. Nec puerorum ſcholæ teneãtur, vel alia huiuſmodi, quæ Diuinæ Maeſtatis bonitatem offendere poſſunt.

§. II. Quoniam vbi culparum venia eſſet poſtulanda, ibi maior peccãdi exoriri ſo-

3 S. Io. Chriſoſto. hom.33.in Matt.

4 S.Baſil. in Pſ. 28. 9.

let occaſio, ideo ſub pœna excommunicationis, & aliarum ad præſcriptum Cōſtitutionis Pij [5] PP. V. ſanctæ recordationis præcipimus, & mādamus tum Clericis, tum Laicis, vt dum Diuina celebrātur officia, & myſteria fiunt, non audeant in Eccleſijs diſcurrere, deambulare, imprudenter, et irreuerenter confabulare, cum ſuſpectis mulieribus colloqui, aut ad Sanctiſſimum Sacramentū terga vertere. memores, quod Deus contra illos, qui in [6] oſtio tēpli Dñi inter veſtibulum, & altare, quaſi viginti quinque viri dorſa habentes cōtra templum Domini, iratus dixit, Ego faciam in furore, non parcet oculus meus, nec miſerebor. Sed omnes tàm mares, quàm fœminæ cuiuſcūque gradus, et conditionis exiſtant cū pietatis ſpecie exterioris ita aſſiſtāt, vt ſe, nō ſolum corpore, ſed mente, ac pio cordis affectu intereſſe declarent, ne ſicut de templo Ieſus Chriſtus ementes, & vendentes eiecit, iratus, ſic ab Eccleſia per cenſuras, illos eijcere cogamur, vt prius qui [7] flagitijs noſcuntur eſſe contaminat, eliminentur templi foribus, quam cōmunio ſumenda dignis præponatur.

5 Sub Kal. Aprilis 1566.

6 Ezech. 8. 16. & 18.

7 S. Io. Chriſ. hom. 3. ad Epheſ.

§. III. Interdicimus omnino ne vllæ priuatorum

torum

torum domorum feneſtræ in Eccleſias proſpiciant,nec habitationes,& cubicula ſupra ipſas conſtruantur;ſi quæ autē ſunt, infra menſem arxerantur, alias Eccleſias ipſas interdicto ſupponemus.

§. IV. Altaria , quia [8] Altare ſignificat Chriſtum,dicitur autem 1.Cor.10.Petra autem erat Chriſtus,tum etiam quia corpus Chriſti in ſepulcro lapideo fuit recōditum , ſint lapidea , & ſcabellum ex tabulis expolitis habeant. Sit in vnoquoq; Altare imago aliqua in pariete depicta cum Cruce , candelabris ad minus duobus ex ligno depictis,et cartula cum orationibus ſecretis , et præcipuè conſecrationis formis. Tribus mappis cooperiantur mūdis,& albis,& quę ſuperior adeſt, ita ſit longior , vt altaris laterales partes per terram contegat, puluinare ex pelle inaurata , vbi ex ſerico egeſtas non patitur, ad Miſſale fulciendum , & pallium cum Cruce, vel alicuius Sancti imagine. Si conſecratum non eſt altare, collocetur in eo altare portatile , quod ad minus ſit palmare longitudine, & ſemipalmare latitudine , vt Calicem cum Patena capere queat. Itemquè ſtatuimus quod ſi quæ altaria,maiori nimis proximia,ſeu aduerſa,

8 D.Thom. 3.p.q. 83.ar 3.ad 5.

ſa, vel ſub organis, & ſugeſtis collocata reperiantur, deſtrui omnino, & onera in eis contenta, ad altare maius impléda transferantur.

§. V. Nulli Iudicum laicorum liceat temporalem iuriſdictioné in Eccleſijs exercere, exhumata corpora recognoſcere, ſed extra eam, & de noſtra licentia, vel noſtræ Curiæ ad præſcriptum decreti S. Congregationis;[9] nec inuitos in eas refugientes inde extrahere, etiam ad bonú finem, niſi ſeruata forma Conſtitutionis Gregorij[10] XIV. fel. rec. ſub pœnis in eadem contentis, & ad tumultus cum laicis Iudicibus, & Officialibus euitandos, curent Eccleſiarum Rectores, ne delinquentes palam, & coram ijſdem Officialibus commorentur, & ſi ſecus fecerint, nobis denuncient.

9 Sub die 27. Maij 1629. cuius memoria Sperell. deciſ. 51. nu. 18.

10 Nouo Kal. Iunij 1541.

DE ECCLESIAE BONIS, ET *Iuribus, & Eccleſiæ immunitate, & reuerentia Clericis exhibenda.*

CAP. XVII.

§. I. ECCleſiarum bona, quæ Deo dicata ſunt, integra, & illæſa in perpe-

petuum conſeruari debent, & à nemine
, vſurpari: qui [1] enim Chriſti pecunias,
, ab Eccleſia aufert, fraudat, & rapit, ho-
, micida in conſpectu iuſti Iudicis eſſe de-
, putabitur; vnde ſcriptum eſt: qui rapit
, pecuniam proximi ſui, iniquitatem fa-
, cit: qui autem pecunias, vel res Eccleſia
, abſtulerit, ſacrilegium facit, vnde, & Iu-
, das, qui pecuniam fraudauit, quæ vſibus
, Eccleſiæ, & pauperibus quos Eccleſia pa-
, ſcere debet, diſtribuebatur iuſſu Saluato-
, ris, cuius vicem Epiſcopi tenent, non ſo-
, lum fur, ſed ſacrilegus factus eſt. Ideo
præcipimus omnibus, & ſingulis Capitu-
lis tàm Metropolitanæ noſtræ Eccleſiæ,
quàm Collegiatarum noſtræ Diœc. Cu-
ratis, Beneficiatis, Abbatiſſis Monaſte-
riorum Monialium, adminiſtratoribus
Montis Pietatis, & aliorum Piorum loco-
rum vt conficiant inuentarium cum ſub-
ſcriptione publici Notarij omnium bo-
norum mobilium, & immobilium, iuriũ,
& actionum, quæ poſſident, quatenus il-
lud adhuc confectum non ſit, vel non
nimis ſollemnè, & infra tres menſes, Ar-
chiuio noſtro cõſignent, ne ipſorum bo-
norum Eccleſiaſticorum in [2] futurum
contentionis pomũ in medio proijciatur.
Et

[1] Lucius PP prima epiſ. Decret. ad Galliæ, atque Hiſpaniæ Epiſcopos Regiſt. Concil. T. 1. P. 1.

[2] Aloyſ. Nouar. Adag. SS. PP. Adag. 191.

§. II. Et cum Vniuerſi Eccleſiaſtici ab bonorum Eccleſię conſeruationem ſatis inuigilare teneantur, & præſertim Parochi, mandamus ijs propterea, et alijs penes quos cura reſidet animarum, & Concionatoribus, vt ſæpius populo denuncient cenſuras per S.C. Tr. [3] contra nefarios, & ſacrilegos bonorum Eccl. vſurpatores, & detentores inflictas: Nullum [4] enim eſt malú, quod non extinguat Dei timor. In quo etiam Vicarius noſter inuigilet, vt huiuſmodi Sinodale decretum, ſaltem bis in anno, cum frequentior erit populus, ſtatutis diebus publicetur.

3 Seſſ. 22. de refor. cap. 11.

4 S. Io. Chriſ. hom. in Pſ. 127. T. 1.

§. III. Cum Eccleſia bona ſub Diuino dominio ſint conſtituta, poſſeſſio vero ad Eccleſiá, & eorum adminiſtratio ad Eccleſiarum Rectores pertineat; [5] poſſumus itaque licitè diuitias poſſidere, ſi tamen, earum nos, non reputauerimus dominos, ſed miniſtros, ſi intellexerimus patrimonium pauperum, patrimonium eſſe Chriſti, ſi prouentus Eccleſiæ, pauperum neceſſitatibus erogantur. Ideo nouerint cũctis, eis nõ licere vllo pacto illa diſtrahere, & alienare, nec vltra triennium, & anticipatis ſolutionibus locare, neque cum clauſula, reſeruato aſſenſu Apoſtolico.

5 Serm. hab'to in Conc'. Turon ſub Alexan. III. Concil. T. 3. p. 2.

Qui

Qui ſecus fecerint, excommunicationis ſententiam,& alias pœnas in Extrauagáte Ambitioſe contentas, eo ipſo incurrát.

§. IV. Volumus etiam, quod conſanguineis ſuis intra ſecundum gradum, vllo pacto bona Eccleſiaſtica locare liceat, prout in Conſtitutionibus Cardinalis Caetani noſtri incliti prędeceſſoris, quas innouamus optimè ſancitum eſt ad fraudes euitádas.
" Vincat [6] parentum affectum, affectus in
" Deum, & qui Deum parentem agnoſcit,
" parentem ſe eſſe neſcit. O [7] quot iam
" nidos ſuos collocaſſe credebantur occa-
" ſione fraternæ charitatis, & in lutum car-
" nalis concupiſcentiæ, turpiter corruerũt.
Vaſa argentea, Cruces, ſupellectilem, ornamenta, ſeu quæcumq; bona pro quauis neceſſitate pignorare, ſine noſtra, vel Vicarij noſtri licentia non liceat.

§. V. Inſtrumenta, & alia cuiuſcumq; generis ſcripta ad menſam noſtram Archiepiſcopalem, & alias Eccleſias, Piaque loca pertinentia, ſi quis doloſè occultauerit, & infra menſem non propalauerit, & in manibus noſtris nõ dederit cum effectu; is tamquam doloſus illorum occupator punietur, & Aurelianenſis, & Acatenſis Conciliorum pœnis plectetur.

6 Franco Abb. to. 3. de gratia Dei.

7 B. Laurentius Iuſtinianus de perfect. monaſt. cóuerſat. cap. 12.

§.VI. Decimas ad noſtram Menſam, & alias quaſcumq; Eccleſias noſtræ Diœc. pertinentes, nemini ſub quouis prætextu liceat ſubtrahere. Si quis adeo proteruus exiſtat, vt illas fraudare non erubeſcat, eo ipſo excommunicatus ſit, & ante reſtitutionem, abſolutionis beneficium non obtineat, quod etiã de oblationibus, Curatis quomodocũq; ſpectantibus decernimus.

§. VII. Qui bona Eccleſiaſtica ad emphiteuſim, ſeu vt vulgo dicitur ad tertiã generationem poſſident, ſciant, eos arbores frugiferas incidere nõ poſſe, ſine ab Emphyteoſis iure caducitatis pœna.

§ VIII. Quoniam multoties contingere ſolet, Dominos, & Miniſtros tẽporales ab extrinſecis adeo vexari conſultoribus, vt immunitatem Eccleſiaſticã lędant. Ideo ſtatuimus, & ordinamus, quod quicumq; Clericus cuiuſcumq; gradus, vel Laicus publicè, ſeu occultè per ſe, vel per alium directè, vel indirectè huiuſmodi Dominos, & Miniſtros, & Officiales temporales cõtra Eccleſias, ſeu Eccleſiaſticas perſonas, eorumq; libertatem, & immunitatem incitauerit, & inflãmauerit, aut conſilium, vel patrocinium dederit, excõmunicationis pœnam incurrat; & ſi benefi-

cio

cio potiatur, illius fructibus ſuſpẽſus exiſtat per biennium; reliquis pœnis à Iure, vel Sinodalibus Conſtitutionibus inflictis ſuo robore permanſuris.

§.IX. Sacrum illud Elogium à ſacris Scripturis ſæpius recitatum in Sacerdotum, & Clericorum honorem. Ego [8] dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes, & alibi. Qui tangit [9] vos, me tangit, & pupupillam oculi mei, in hominũ memoria iam abolетum, et in eas calamitates temporis incidimus, vt quos ſumme venerari laici debent, eos, iniurijs, et opprobrijs afficere non erubeſcunt. Vt in memoriam ſalubriter reuocetur illud Baſilij Imperatoris dictum, intra ſui cordis arcanum vnuſquiſque contemplari non deſinat. [10] Væ vobis, inquit laicis, tàm qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè conuerſamini, quid amplius dicam? non habeo, quam quod nullo modo vobis, licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neq; penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, hæc enim inueſtigare, & quærere Patriarcarũ, Pontificum, & Sacerdotum eſt. Non noſtrum, qui paſci debemus, qui ſanctificari, qui ligari, vel à ligamẽto ſolui egemus. Quantecumq; enim Religionis, & Sapiẽ-

8 Pſal. 81. 6.

9 Zach. 2. 8.

10 Baſilius Imperato r.

„ tiæ laicus exiſtat, donec Laicus eſt, ouis „ vocari non deſinet, oportet nos ergo cum „ timore, & fide ſincera hos audire, et facies „ eorum vereri, cum ſint miniſtri Domini „ omnipotẽtis, & cuius formam poſſideãt, „ & vt nihil amplius quam ea, quæ noſtri „ ordinis ſunt requirere. Nunc autem, vt videmus, adeo multos malitia in inſaniã accendi, vt obliuiſcentes proprij ordinis, & quod pedes ſint minimè cogitantes, legem ponere velint oculis; quapropter ſi quis Eccleſiaſticas perſonas, & præſertim Sacerdotes, qui ſunt veluti animarũ oculi, factis malè habuerit præterquam quod excõmunicationis ſententiam iuxta Canonicas ſanctiones incurret, à nobis non abſoluetur, & grauiter punietur, donec congruè, iniuriam paſſo ſatisfecerit.

DE SEMINARIO. CAP. XVIII.

§. I. PVerorum Collegium, diuinæ ſponſæ collum, vt [1] turris Dauid ædificatum eſt cum propugnaculis, „ ideſt conſtructum ad diſciplinas, in hac Ciuitate ad formam à S.C.Tr. traditam, iam fundatum, & erectum, pueros alere, ac [a] religiosè educare, & Eccleſiaſticis di-

[1] Cant. 4. 4. hebraica lect.o.

[a] C.Tr. ſeſſ. 23. c. 18.

, diſciplinis inſtituere teneatur; In hoc vero
, Collegio recipiantur, qui ad minus duo-
, decim annos, et ex legitimo Matrimonio
, nati ſint, ac legere, & ſcribere competen-
, ter nouerint, & quorum indoles, et volũ-
, tas ſpem afferat, eos Eccleſiaſticis mini-
, ſterijs perpetuo inſeruituros, vt ex hac ſa-
, pientiæ arce, & diuinæ ſponſæ Collo do-
, ctores [3] prodeant ſermone, et vita orna- 3 S Hiero. lib. 2. in ep. ad Gal.
, ti, quorum [4] doctrinis tamquam iaculis 4 Theod. in Cant. 4. 4.
, cunctos aduerſarios transfigant, et ipſos,
Dominus meſſis mittat [5] operarios ad 5 S. Hiero. in Luc. 10. 2.
, metendum ſpicas Populi Chriſtiani, quæ
ſtant in noſtra Eccleſia Tarentina futuro
tritico præparatæ.

§. II. Aliquas regulas, & ſtatuta compoſui-
mus, & in manus Rectoris pro illius regi-
mine prorſus obſeruandas ſub pœna pri-
uationis ab eius officio, dedimus. Hic ta-
men eas inſerere ſuperuacaneum viſum
eſt, tum ne in longius protrahatur ſuſce-
ptus tractatus, tum etiam quia ſæpius ne-
ceſſe eſt ſeruire temporibus, propter tem-
poris iniuriam, non [6] enim ſemper idẽ 6 Ephrem Syrus apud Aloyſ. Nouar. ad. 843.
, ſpirat ventus: ſed ventorum crebræ ſunt
, mutationes, atque viciſſitudines; ideo cõ-
tingit illas, vel partem earum mutationi
ſubiacere. Nihilominus hic non præter-

mit-

mittẽdum duximus, quòd Seminatij Rectores, & deputati eius redditus fideliter adminiſtrẽt, et ſingulis annis illorum adminiſtrationis nobis rationem reddant. Numerum puerorum pro loci facultatibus non excedant, vt S.C.Tr.[7] pauperũ filios, præcipuè eligi vult, nec tamen ditiores excludit, modo ſuorũ ſumptu alantur. Et ſi quos inobediẽtes, & bonæ educationi aduerſarios cognoſcerit; poſt tertiam paternam monitionem, niſi reſipauerint, præmiſſa noſtra licentia eijciãtur; ne[8] alijs etiam leges violandi occaſioné præbeant. Et nos ab æterno Iudice merito cum zeli puniamur; qui[9] corripuerat quidem filios ſuos, ſed quia non abierat delinquentes, retrorſum cecidit, & mortuus eſt.

7 S.C.Trid. ibid.

8 S. Hieron. lib. 1. aduerſ. Iouin.

9 Procopius in li. primo Reg.

DE MONIALIBVS. CAP. XIX.

§. I. VIrgines Deo dicatæ[1] Sponſæ Chriſti arca ſunt teſtamẽti intrinſecus, & extrinſecus deaurata, cuſtodes legis Domini, et ſicut in illa nihil aliud fuit, niſi tabulæ teſtamenti, ita in iſtis nihil ſit extrinſecus cogitatus, vt[2] elatæ virginitatis alis currant ad Dominum, & ſe-

1 S.Hieron. ad Euſtoch. epiſt. 22.

2 Idem in Iſai. 56.

" ſequantur [3] agnum, in quo innocentia " exprimitur, & ſignatur. [4] Virgines au- " tem ſequuntur agnum quocūq; ierit, quia " imitantur Chriſtum non ſolum in inte- " gritate mentis, ſed etiā in integritate car- " nis. Itaque cum [5] nihil aliud ſit ſequi, " niſi imitari, ad imitandum noſtrę Viſita- tionis decreta, & edicta proponimus.

3 Vgo Cardin. in cap. 14. Apoc.
4 D. Thom. 2. 2. q. 152. ar. 5. ad 3.
5 S. Aug. de ſancta virginitate c. 27.

§. II. Inſtrumenta, vel contractus de quacūque re inire; pecuniam mutuo accipere, vel quomodolibet Monaſterij bona obligare, & hypotegare, et ædificiū conſtruere; vel bona emere, non valeāt, niſi prius à Nobis, vel noſtro generali Vicario obtenta licentia, alias contractus huiuſmodi ſint nullius roboris, & firmitatis, prout ex nunc illos præſenti noſtra Conſtitutione annullamus, et irritamus. Veſtimenta, ſeu bona cuiuſcumque generis in depoſitum, ſeu cuſtodiam, ſine noſtra licentia à laicis non recipiant.

§. III. Et [6] quia Virginitas ordinatur ad " bonum animę ſecundum vitam contem- " platiuam, quod eſt cogitare ea, quæ ſunt Dei. Ne à diuinis meditationibus, & orationibus per externas vanitates diſtrahātur, præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuſcumq; ne diu, noctuque per viginti

6 D. Thom. 2. 2. q. 152. ar. 5. ad 3.

ginti paſſus propè Monaſterium Monialium, audeant Muſici inſtrumenta pulſare, voces ad cantum mittere, vel choreas ſaltus, & tripudiationes facere, ſub pœna excõmunicationis, quam ipſo facto, volumus incurrere, cuius abſolutionem nobis, & noſtro Vicario tantũmodo reſeruamus. Quamque volumus incidere eos, qui ea parte maris ſe abluunt, vel natant, qua poſſunt à Monialibus inſpici.

§. IV. Nullus item Sacerdos ſiuè Secularis ſit, ſiuè Regularis in Monialium Eccleſijs audeat celebrare, niſi de noſtra, vel noſtri Generalis Vicarij licentia ſub pœna Suſpenſionis per Menſem quo ad Seculares, Interdicti verò, quo ad Regulares.

§. V. Quo vero ad Monaſterij gubernium Monialium, numerum eorum Eccleſias, Clauſuram, cum exteris colloquutionem ad habitum Regularem, ſeu ad educandum receptionem, & alimenta, profeſſiónem, & conſecrationẽ, Officiales, & Confeſſarios, cõmunes leges, & denique ſpiritualem curam, & temporalem, præcipimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ mãdamus, vt omnino obſeruentur decreta S. Congregationis DD. Cardinalium ſuper his edita, & Synodales Cõſtitutiones

à Car-

à Cardinale Caetano clariſſimo prædeceſſore,non minus ſalubriter,quam religiosè compoſitæ,& promulgatæ, & quatenus opus eſt,de nouo conſtituimus, innouamus,& promulgamus, et præcipuè non audeant cum Secularibus alloqui ſine præſentia auſcultatricum, quæ ſint probatæ vitæ,& grauijs ætatis,quæ ſecũdum cuiuſcũque Monaſterij regulas, & conſuetudines eligantur ſub pœna excõmunicationis. Conſtitutione excipimus conſanguineos,& affines in primo gradu coniunctos. Feneſtellæ Sacræ Communionis reducatur ad formam à S. Congregatione præſcriptam, et nulli alteri vſus deſeruiat niſi ſacro.

DE REGVLARIBVS. CAP. XX.

§. I. Regulares, quibus cura animarum incumbit, ipſam exercere non audeant, niſi prius à Nobis, vel à noſtro Generali Vicario licentia eis tradita fuerit, præuio competenti examine, & omnia, quæ in hac noſtra Synodo Parochis, quæ curam animarum obſeruare iuſſa ſunt, ipſis pariter obſeruare mandamus; Vt [1] odor filij mei, ſit tamquam

1 S.Ambr.lib.2.de Iacob. & vita Beata cap. 1.

Q odor

, odor agri pleni , perfectus in omni flore
, virtutum,& ſacræ benedictionis: Hic eſt
, ager de quo , & Dominus ait , & ſpecies
, agri mecum eſt; In hoc agro florent ma-
, lagranata,quę plurimos fructus vno fidei
, munimine tegunt,& quodá fouent Cha-
, ritatis amplexu. Parochiales libros in eorum diſceſſu Succeſſoribus derelinquát, ne alicuius cupiditatis reſpectu, animarú cura detrimentum pati contingat.

§. II. Nemo ex ipſis , vt ſupra ſtatuimus in tota noſtra Diœc.Concionatoris munere fungatur,niſi prius Sacr. Theologiæ, vel Sacrorum Canonum curriculum expleuerit,& ad Sacri Concilij Tridentini prę-ſcriptam normam,licentiam à Nobis,vel à noſtro Vicario Generali,& benedictionem perſonaliter non impetrauerit;Non
, enim [2] licet alicui prædicare,niſi officiú
, Prælationis habeat, vel ex auctoritate a-
, licuius prælationem habentis Rom. 10.
, quomodo prædicabunt niſi mittantur : Quamobrem valde decepti ſunt,qui ſibi præſidentes nullo viæ duce ſibi opus eſ-ſe exiſtimauerint .

2 D. Thom.in 4.d. 16.q.2.ar.2.

§. III. Confeſſiones ſecularium audire non præſumant , niſi præuio examine , & de noſtra licentia , quia ad [3] vſum huius

3 Idem. ibid. q. 1. art.3.

po-

„ poteſtatis requiritur iuriſdictio, quæ à „ maioribus in inferiores deſcendit. Et tūc, neque à Caſibus, & Cenſuris Sanctæ Sedi, & Nobis reſeruatis, niſi ſpecialis illis ſuffragetur facultas. Excepto [4] mortis „ articulo, in quo caſu quamuis Sacerdos „ iuriſdictione careat, vſum tamen iuriſdi„ ctionis habet, quia Eccleſia acceptat, vt „ quilibet Sacerdos abſoluere poſſit in articulo mortis. Laicorum in domibus abſtineant Confeſſiones audire, cum ſciret „ Deus [5] Populum propenſiorem ad im„ pietatem habere, Diuino cultui locū circumſcripſit; Excipimus infirmos. In Eccleſijs tātum ab ortu Solis, vſque ad eius occaſum, & apertis ianuis Confeſſiones audiātur: nimis enim periculoſa eſt nocturnis horis, etiam vitæ ſpiritualis viam incedere: fatetur hoc Diuina ſponſa in amoris Cantico. Pernoctes [6] quæſiui, „ quem diligit anima, quæſiui illum, & nō „ inueni, per vicos, & plateas, quærā quem „ diligit anima, quæſiui illum, et non inue„ ni, inuenerunt me vigiles. Sponſa, quē „ quærebat, minime reperit, & quo nō quę„ rebat, reperta eſt ab ipſis. Similiter in alijs Eccleſijs de licentia, quorū intereſt.

4 D. Tho. in ſupl. 3. p. q. 8. art. 6. ad primum.

5 Theod. q. 5. in 1. lib. Reg.

6 Cant. 3.

7 S. Bern. ſerm. 77. in Cant.

§. IV. Euchariſtiæ, & extremę vnctionis Sa-

cramenta nō miniſtrent, neque tertiarijs ſuorum ordinum extra clauſtra exiſtentibus. Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentū niſi pro cauſa publica, vel antiqui vſus roborata, & nobis inconſultis non exponant. Nouas indulgētias, & reliquias, nouaq; miracula non publicent, à Nobis non recognita, et approbata. Cogitemus [8] & ipſum Apoſtolum Paulum, licet Diuina, et Cœleſti voce proſtratum, et inſtructum à Domino tamen miſſum eſſe vt Sacramenta perciperet, atque copularetur Eccleſia. Et Centurionem Cornelium quamuis exauditas orationes eius eleemoſynaſq; reſpectas ei Angelus nūciauerit, Petro tamen traditū imbuendū.

8 S Aug. lib. 1. de doct. Christ. in Prolog.

§.V. Ad Moniales loquendum, non admittātur, niſi ſeruata forma decreti SS. D.N. Vrbani viij. Proceſſiones generales, vel alias, quas pro publico bono indicere Nobis videbitur inire ſub cenſurarum pęna non recuſent, & cōſeruatores contra Canonicas Sanctiones, et præcipuè Conſtitutionē Gregorij [9] XV. Pont. opt. max. Nihil eis opitulari, quin à noſtro foro in ciuilibus cauſis paſſiuis cognoſcendi, & iudicandi, non ueniant. Sic Eccleſiaſtico vigore exhibetur diſciplina, vt pars ini-

9 Sub die 20. Sept. 1621.

iniqua à ſtatu ſuperbiæ corruat, & mons humilium ad ſperanda bona fiducialius conualeſcat.

DE MONTE PIETATIS, Hoſpitalibus, Oratorijs, & Confraternitatibus, eorumque bonis, non alienandis.

CAP. XXI.

§. I. VT bona Piorum Locorum à fidelibus, non aliter elargita, quam vt in [1] ſacculis, ideſt in viſceribus „ pauperum reponantur, quia manus pau- „ peris Gazofilatium Chriſti eſt, integrè in eorumdem miſerabilium conſeruentur „ iuuamen; quidquid [2] enim pauper ac- „ cipit Chriſtus acceptat. Ideo monemus omnes Priores, Magiſtros, & Officiales, ſeu Adminiſtratores quouis nomine nũcupentur, vt ſæpè manibus habeât Apoſtolicas Conſtitutiones Sixti V. et Pauli V. fel. rec. & illas omnino ſeruare teneantur, ſub pœnis in ibi contentis. Singulis annis adminiſtrationis habitæ rationem reddant, & reliqua exequâtur, quæ Cardinalis Caetanus, in ſuis conſtitutionibus ſeruari ſaluberrimè iuſſit.

1 S. Cæſar. hom. 2. ad illud. Euang. eſurienti panem tuum.

2 S. Petrus Chriſ. ſer. 8. de elem.

In

§.II. In Hoſpitalibus, virorum, & mulierum ſimultaneam cohabitationem, etiam ſub prætextu matrimonij omnino interdicimus, ſub pœna priuationis ab officio ijs, ad quos cura ſpectat, qui [3] diligit vxorẽ ſuam, ſeipſum diligit, quid eſt ſeipſum? ſequitur, & dicit. Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, ergo quomodo illum hominem Adam per Euam ſupplãtauit; ſic Diabolus p carnẽ vult nos ſupplãtare.

3 S. Aug. in Pſ. 48.

§.III. Nulli Clericorum, & Laicorum liceat Confraternitates erigere ſine Noſtra licẽtia ſub pœna excommunicationis, vt voluntas [4] Dei in eis viuat, & per eos, quæ vult operetur. Et in illas canonicè erectas non liceat publicos peccatores recipere, & Superioribus inobediẽtes tolerare, ſed prorſus eijciãtur poſt trinam monitionem, & [5] ad Apoſtoli conſiliũ confugiendum eſt, dicentis: Auferte malum ex vobis: auferatur ergo malus, ne malos generet: neque enim poteſt arbor mala, fructus niſi malos facere. Arma cuiuſuis generis in Oratorijs non deferant, arma hæc [6] noſtra ſunt, quibus nos Saluator inſtruxit, oratio, miſericordia, atque ieiunium. Proprium Clericorũ munus exercere non audeant ſub pœna excommuni-

4 S. Paſchaſ. l. 4. in Matt.

5 1. Cor. 5. 3. S. Bern. ep. 101.

6 S. Ambr ſer. 86.

ni-

nicationis ipſo facto, nempè in Miſſis inuicem ſe incenſare, Cottam induere, Euchariſtiam adorãdam exponere, etiam ſi ipſam non tangant. [7] Nemo deniq; in Oratorio aliquid agat, niſi ad quod factũ eſt, vnde, & nomen accepit. 7 S. Aug. in Reg.

§. IV. In Eccleſijs, & Oratorijs Confraternitatum huiuſmodi, mortuorum corpora non humentur, niſi particulari priuilegio ijs conceſſo, & Miſſa non celebretur, antequam in Parochiali fiat, niſi de Parochi conſenſu, ſub pęna Suſpenſionis ab actibus Confraternitatis.

§. V. Confratres à cõuiuijs, & commeſſationibus præcipimus abſtinere, ſi verò aliqua exculenta diſtribuere conſueuerunt, quod benedictum vocãt, talem, & ſimilẽ conſuetudinem approbamus, ſi tamen modeſtè, & parcè id fiat. Ad proceſſiones inuitati, & vocati, ſaccos induant ad humilitatem oſtendẽdam, vt ab alijs Laicis dignoſcantur, & ſi quando de nocte exire eos contingat, puta Quadrageſimæ tẽpore, vel alias de Noſtra licentia, tunc cũ eis mulieres ſub pœna excommunicationis non immiſceantur. Inuentarium bonorum cõficiant, Tabellam Onerum appendant, ipſorumque Officiales, & Admi-

Ex Conc. Trid. ſeſſ. 12. de refor. cap. 9. Cũ alijs apud Eſcobar. de ratiocinijs cap. 7. à nu. 50. cum ſeq. Epiſcopus Ricc. in 2. p. ſuæ praxis vari. reſolut. 10. ſol. 2.

miniſtratores, antequam exercere incipiant, in manibus noſtri Vicarij Generalis, ſeu Vicarij foranis de bene adminiſtrando iurent; ſingulis annis rationem reddant [8] Confraternitatum bona non diſtrahant, & denique regulas, ſub quarũ diſpoſitione cõgregantur, & decreta Viſitationis noſtræ omnino obſeruent, vt inueniant [9] Laban, qui eos liberet ab „ Eſau, & ducat ad Cęleſtis vita.

8 Iuxta ſolitam conſuetudinem.

9 S. Baſil. Ep. 141.

DE PROCESSIONIBVS. CAP. XXII.

§. I. ROgationes, & Proceſſiones ab Eccleſia Dei inſtitutas [1] publica ſupplicatione obſecrantes, vt [2] ex „ multarum præſentia facierum, exaudibilior ſit noſtra oratio: Hominum malitia, & temporum calamitatibus inimicus homo Diabolus ſubuertere ſtuduit, cum ipſę parua deuotione, vel potius diſſolutione fiũt; ita vt ſermo [3] Dei apud nos, neque currit, neq; clarificatur. Ideo vt oratio [4] noſtra cadat in conſpectu Domini Dei; præcipimus Clericis omnibus, tàm Secularibus, quá Regularibus ne in proceſsionibus huiuſmodi in Eccleſijs, ad quas diriguntur, vel domibus contiguis

1 2. Machab. 3. 18.

2 5. Dionſius.

3 2. Thes 3. 1.

4. Ierem. 42. 2.

(etiam ſi lōgiori via ſe laxatos viderint) comedant, vel bibant, nec laicis expulenta, & poculenta in talibus proceſſionibus venalia exponere liceat. Deuotas preces patrocinatur Deus noſter, [5] reueretur multitudinem vnanimem, & conſentientem imprecando, vt veluti pudore victus, non audeat illis negare petunt.

5 S Io. Chriſ. hom. 2. in 2. ad Cor.

§. II. Canonici, & alij de Clero noſtro, & Regulares bini ſuo loco incedant, & ſi Clericorum noſtrorum aliquis ordinem turbet, vel non ſeruet, ſeu vana colloquatur, vel non cantet, arbitrariam pœnam perſoluat, [6] nam omnis arbor non faciens fructus excidatur, & in ignem mittatur, vtique oratio non habent fructum, promouere Deum non poteſt, quia nulla eſt operatione fœcunda.

6 Cypr. lib. de oratione Dominica.

§. III. Magiſtri Cæremoniarum pridie ante proceſſiones obeundas, omnia diſponant, & Clericos benè procedere inſtruāt, eoſque moneant, pileū non geſtare, ſed Cottam cum bireto: & proceſſionum directores procurēt, inania ſpectacula, populum eā meditationibus detrahentia, remouere, & Laicos cum Clericis, & mares cum fœminis omnino ſub pœna excommunicationis interdicimus intermi-

ſceri, vt nugis, riſu, vaniſq; colloquijs à ſancta huiuſmodi actione ſemotis, tota in pijs meditationibus, & orationibus, quibus Deus placari poſſit, perſolui valeat. Ideo os [7] iuſti meditabitur ſapientiam: Iam enim, & ipſe exterior homo iuſti, in interioris hominis trásfuſus eſt diſciplinam, & in eius conformatus naturá, ipſius exercet officium, vt caro meditetur, quod mentis internæ eſt.

7 S. Amb. in Pſ. 36.

DE LEGATIS PIIS, EXEQVIIS *Funeralibus, Sepulturis, Cæmiterijs, & Defunctorum ſuffragijs.*

C A P. XXIII.

§. I. E Gentium necatores ab œcumenicis, & Generalibus [1] Concilijs appellantur, qui pias decedentium diſpoſitiones non exequi, vel differre nõ erubeſcũt. Reminiſcãtur ergo omnes vtriuſque ſexus Chriſtifideles, quod ſi amicũ fraudare, furtum eſt; & Eccleſ. ſacrilegiũ; mortuorum verò voluntates non exequi, infidelitatem ſapit, cum, & talia committentes iudicium Dei reuocent in dubiũ. Meritò tamquam infideles ab Eccleſia Dei,

1 Cap. qui oblationes il primo 13. q. 2.

Dei, prout à S. C. [2] ſtatutum eſt, ſunt abijciendi. Mortui [3] enim fraudantur ſuffragiorum fructu, corredundat in illos, quorum culpa fraudantur. Ne igitur ad pias cauſas legata, ſeu quæcũque aliæ diſpoſitiones piæ, hęredum incuria, ſed potius auaritia, debitam non ſortiantur executionem, præcipimus hęredibus, & alijs teſtamentorum executoribus, vt cũ poſſint, illa omnino exequi nõ differant, ſub pœna excommunicationis latæ ſentẽtiæ, quam volumus etiam incurrere Notarios, qui teſtamenta, vel codicillos cõſcripſerint, & Confeſſarios quoſcũq; quibus ad aures legãdi poteſtas ſibi à prædefunctis facta eſt, ſi cum primum morte ſecuta, infra quindecim dies noſtro Generali Vicario nõ reuelauerint in ſcriptis, & Vicarijs foraneis in noſtra Diœc. qui etiam ſub eadem pœna infra ſex dies poſt acceptam reuelationẽ eidẽ noſtro Vicario Generali referre teneantur: Eandem excommunicationis pœnam volumus ipſo facto incurrere Parentes, Fratres, Filios, ſeu alios conſanguineos, vel affines qui auaritia, vel alia humana cupiditate ducti, teſtantium voluntates pias diuertunt, Notarios, & Iudices, & teſtes terrefaciũt,

2 Cap. tua nobis de teſtam. vbi gloſ.

4 D. Thom. in 4. d. 45. ar. 2. q. 2. ad 4.

 hoſq;

hoſq; ſi ſic vocati, venire, vt hæredibus obſequantur, renuerint, ſi eorum malitia, vel negligentia infirmi inteſtati prædecedãt. Oneramus propterea Parochorum conſcientias, vt diligenter inquirant ab hæredibus, & Notarijs in eorum confeſſionibus, ſi decreto huiuſmodi adimplementum ſatisfecerint; librum ſpecialẽ cõficiant, in quo diſtinctè omnia Pia legata, teſtatorum nomina, impoſita onera, eorumq; ſatisfactionem, & penes quem reſideat adimplendi debitum, deſcribantur, vt proſpicientes laici omnia ordinatim diſponi, magis, ac magis ad pie teſtandum diſponantur.

§. II. Sicuti laudabili conſuetudine iam in hac Ciuitate, inoleuit, & vt pauperes, et miſerabiles, qui nihil, ac parum in bonis habuerunt à Capitulo, & Clero *noſtro* gratis, & propria impenſa ſepulturæ tradantur; Vnde [4] illicita eſſet ordinatio, ſi in aliqua Eccleſia ſtatueretur, quod nõ fieret proceſſio in funere alicuius, niſi *ſol*ueret certam pecuniæ quantitatem, quia per tales ſtatutũ præcluderetur via, gratis officium pietatis, aliquibus impendendi. Ita in omnibus locis noſtræ Diœc. per Curatos ſub arbitrarijs pœnis volumus obſeruari.

4 D. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 3. ad 2.

Cle-

§. III. Clerici omnes ſiuè Seculares, ſiuè Regulares, qui ad funus fuerint vocati, veſte talari, ac Cotta induti ab Eccleſia, in qua cadauer eſt inferendum, non diſcedant, niſi prius ad Eccleſiá mortuus dilatus fuerit, neue ante, vel poſt Solis occaſum, niſi ex graui neceſſitate afferatur, neque diebus feſtis de mane, niſi celebratis Miſsis, vel alijs diebus dum Maior Miſſa peragitur, clamores, & eiulatus ſuper defunctorum corporibus in Eccleſia non permittant, nec cadauerū circumductiones per Ciuitatem, ſed recta, & comodiori uia ad Eccleſiam traducātur. Neque excōmunicatos, & alijs cenſuris irrectitos, in ſingulari certamine occiſus, ſeu qui ex diſperatione mortem ſibi conſciuerint, aut publicos vſurarios, concubinarios, & alios publicos peccatores ſine præuia ſatisfactione, & pœnitentiæ ſignis: Et alios Paſchatis die non confeſſos, neque communicatos; Publicos Clericorum percuſſores, manifeſtos blaſphematores, cæteroſq; publicos huiuſmodi peccatores Eccleſiæ non tradant ſepulturæ ſub pęnis à Sacris Canonibus inflictis, alijſque noſtro arbitrio.

§. IV. Interfectorum corpora tardius ſepelian-

liantur, eorumq; recognitionem Iudices Laici extra Eccleſiā, vt ſupra ſtatuimus compleant, alienū enim ab Eccleſia Dei eſſe debet cædis iudicium, & forum, & reliqua non ſic citò, niſi poſt mortem ſaltem decima fuerit elapſa hora. Approbatam, & laudabilem cōſuetudinem, quam Capitulum, & Clerus noſter ſeruat, circa exequias Capitularium, & aliorum de Clero, atque totius anni anniuerſaria recipimus, laudamus, & approbamus.

§.V. Quotieſcūq; mortuorū corpora cōtingerit in Regulariū Eccleſias per Capitulū, & Clerū noſtrum concomitari, officiū iuxta S.Cong.decreta, & ſpecialē cōcordiam inter Capitulū, & Clerū, & Regulares præfatos initam perſolui mandamus.

§.VI. Si qui viuentes ſepulturam eligere nō curauerint, in propria Parochia, vbi maiorum reſideat ſepultura, mortuis inferātur. Fœminæ verò mortuæ omiſſis parētibus viris mortuis copulentur, & minoribus quatuordecim annorum à ſuo Patre, ante tamen, quam moriantur, ſepultura eligatur. Caueant Regulares, ſeu Seculares Clerici ſepulturę electionem morientibus ſuggerere, ſi pœnas à Sacris Canonibus inflictas experiri nolint, nec liceat

ceat Sacriſtis, & Curatis funera, ſeu lin-
linteamina mortuorum detinere, ſub pœna carceris noſtro arbitrio.

§.VII. Defunctorum animæ, aut Sacerdotũ oblationibus, aut precibus Sanctorũ, carorum elemoſynis, vel cognatorum ieiunio ſoluuntur, à Diuo [5] Gregorio nobis traditum eſt. Suffragia [6] enim viuorum proſunt defunctis, ſecundum quod vniũtur viuentibus in charitate, & ſecundum quod intentio viuentis fertur in mortuos ad quæ pertinent opera à Diuo Gregorio enumerata. Propterea monemus omnes Parochos, & Curatos, cæteroſq; ad quos ſpectat, eiſq; in Domino præcipimus, vt tenues eleemoſynas à pauperibus pro animarum ſuffragijs dari ſolitas nõ aſpernẽtur; ſed libenter, & hilari fronte accipiãt, & reliqua ſuffragia fidelibus defunctis à viuis præſtanda ſecundum S. R. E. inſtituta piè, & deuotè fiant, et omni qua decet diligentia compleantur, in hoc noſtras vices gerentes, nam Epiſcopali decens eſt ſtudio adimpleri, ſecundum piiſſimas leges delatas defunctorum, pias voluntates Gregorius [7] Nonus Põtifex Maximus ſcriptum reliquit.

5 Relatus ab Inno. in annot. can. animæ 13. q. 2.

6 D. Tho. n. in ſup. 3. p. q. 71. art. 9. in corp.

7 Cap. nos quidem de teſtam. in fine

DE VITA, ET HONESTATE Clericorum in Communi.

CAP. XXIV.

§. I. CLericorum vita, & honeſtas in quibus [1] gloriam, & magnum decorem domus ſuæ poſuit Dñus; Qui, Diuinorum myſteriorum celebratione, ornant domum Dei intrinſecus, et vitam, plebium ædificant per exemplum, et vo-, cem prædicationis extrinſecus: Ita veloces, et expediri ad Dei obſequia eſſe debent, ut ſicut in ueteri teſtamento indu-, to, [2] ueſtitoq; Sacerdoti, nullum calcea-, mentum imponitur, ne tardior ad curré-, dum ſit, aut uix mobilis, pelles ſecum at-, trahens animalium mortuorum; Nã im-, pedimento calcei fuerant Moyſi, cum ad, ardentem rubum accederet: Ita ut feſti-, nanter noſtri Presbyteri peregrent in au-, xilium populorum, [3] qui eorum exem-, plo ad pietatem componantur; uidendo, Presbyterorum [4] Concilium canitiæ, ac, prudentiæ ornatum, Diaconorum mode-, ſtiam, ac Lectorum concinnitatem, ita ut, ſint [5] omnibus exemplar uirtutis, ſpeculum

1 Potho. Presb. pru- miens de domo Dei l. 1. B.V.P.T. 9.

2 S. Greg. Niſſ. libr. de vita Moyſi.

3 S. Gregor. Nazianz. or 32.

4 S. Io. Chriſ. hom. 3. ad Titum.

5 D. Thom. 2. 2. q. 145. ar. 2.

" lum vitæ, quod omnibus proponitur ad imitandum ueluti primitiua quædã imago omnia in ſe habens, quæ bona parte honeſta ſunt. Ratio .n. honeſtatis in decore, & pulchritudine ſpiritualis cõſiſtit.

§. II. Vnde in primis iubemus, vt linguam eorum maledicam, ſi (quod abſit) habeãt, coerceãt, [6] ac taciturnitatis, & benignitatis ſigillo ſuis ſeptis ora clauſa cõtineãt, crucifigitur Ieſus nõ minus militum manibus, quam Iudæorum linguis. Alligent virtutis [7] ſobrietate linguas ſuas, ne inconſideratè loquantur, & laſciuient, & præcipuè in Choro, vbi Vox [8] in ſilentio generatur, & ſpiritualis otij quiete, ſapientia foris proferenda præcipitur, vbi nec etiam [9] oculorum acies ad omnia paſſim viſibilia pandenda eſt, ne omnem quoque figurarum, atque formarum ſpeciem, ſiue examine axuriens ad earũ poſtea turbetur imagines. Si quis Paſtoralis noſtræ huiuſmodi Conſtitutionis contẽptor extiterit virgæ vltionem pro noſtro arbitrio irremiſibiliter ſuſcipiet.

§. III. Clerici iam [10] ſpiritualibus Caſtris cęleſtis militiæ ſignati, teneant incorruptã, teneant ſobriam, religioſis virtutibus diſciplinam, & ne ſpretis [11] Diuinæ militię

6 Gregor. præfat. Iob 4.

7 B. Laurent. Iuſt. cap. 3. de ſobriet.

8 Galfridus lib. allegoriarum.

9 S. Baſil. lib. de vera virginitate.

10 S. Cyprianus ad Donatum.

11 S. Petrus Damianus opuſ. 12.

, caſtris,ad mundanæ vertiginis molam ſi-
, niſtro poſt liminio reuoluantur; [12] Quæ
, dū multas curas congerit,humanas men-
, tes,quaſi per girum vertit,atque ex ſe ve-
, lut farinas proijcit , quia inquieto corde
, ſemper minutiſſimas cogitationes gignit.
Ideo à negotijs ſecularibus expediti,illis,
non ſe immiſceant. [13] Innoc. 3. & aliorũ
Pontificum decretis inhærentes, mandamus ſub pœna excommunicationis Clericis, & Sacerdotibus,ne officia ſecularia, publicoſq; actus exerceãt, niſi in caſibus à Iure permiſſis,mercaturã, ne exerceãt, vel aliquo modo,ſe medios exhibeãt; p̃dia ne cõducãt, niſi paupertate cogẽte,vt ſe,&ſuos alere valeant,tutelã et curã,niſi pietatis cauſa,et nobis indulgentibus,nõ ſuſcipiant: Laicis Dominis cum inſeruire ex cauſa coguntur , à Sacerdotibus , alienum famulatum, non ducant, [14] cum
, eis non temporale ſtipendij donatiuum ,
, ſed cęleſtis promittitur,curię municipiũ.
Aduocationis, & procurationis officijs apud ſeculares Iudices, (exceptis caſibus à iure permiſſis, ex noſtra in ſcriptis licẽtia)nõ fungantur,qui [15] .n. neſciũt negotiationẽ,inſtabunt in potẽtias Dñi Notariatus officiũ abhorreãt,ſub pęna carceris no-

12 Rabbanus Maurus cap. 23.

13 C.Clerici de vita, & honeſtat. Cleric.

14 Petr. Damian. ſer.54

15 Pſ.70.16. S.Auguſt.

noſtro arbitrio. Artẽ medendi, & præſertim Chirurgiæ omnino eis prohibemus.

§. IV. Arma cuiusuis generis offenſiua, vel defenſiua, pęnitus eis interdicimus, etiã cauſa venationis, vel aucupij ſub pœnis in noſtris litteris edictalibus contentis.
„ Arma [16] enim noſtra ſunt, quibus nos
„ Saluator inſtruxit, Oratio, Miſericordia, & Ieiunium. Cum bannitis, foriudicatis, & facinoroſis hominibus vllo modo cõmercium habeant, ſub pœna triremis,
„ non [17] eſt enim lux ad tenebras, aut Societas Chriſti ad Belial. Talaribus veſtibus omnino vtantur, niſi iter parandi, vel extra Ciuitatem eundi breuiores ad genua tantum protenſas, induere, neceſſitas poſtulabit, vel adeo pauperes ſint, vt illas habere non poſſint. Quam [18] honeſta-
„ tem Sacerdotes obſeruare debent in ve-
„ ſtibus quouſq; ad terram, vel quaſi per-
„ tingant, nam ad magnam corporis hone-
„ ſtatem cunctas corporis partes contegi
„ oportet, præter manus, quæ nihil inhone-
„ ſtatis habent, & quæ ad operationem neceſſariæ ſunt. Deferant congruentem tõ-
„ ſuram, per [19] caput enim Sacerdotalis dignitas deſignatur, & Biretum non ſordidum, vt quaſi Dominica corona inſigni-

16 S. Ambr. lib. de v.duis.

17 S. Petr. Dam. opuſ 18.

18 Abolenſ in Exod. 20. 26.

19 S. Hieron. lib. 2. mor. c. 2.

ti, habitu, & virtutibus à cęteris dignoſcátur; Aunulos niſi gradus, et dignitatis prerogatiua eis permittat, non deferant, & dũ Miſſam celebrant, omnino careant; Barbam honeſtam habeant inciſam, & à ſuperiori labro ita tondeát, vt à ſumptione Sanctiſſimi impedimento non ſit. Ludos [20] publicos, vel prohibitos omnino fugiant, ſub pœna carceris, & aliarum noſtro arbitrio. Singulis menſibus peccata ſua Clerici cõfiteantur, & ſacra Domini Communione reficiant, Sacerdotes verò ſæpius [21] congregẽtur, ac Euchariſtiam ſaltẽ in Dominicis, & anni feſtiuitatibus celebrare nõ ommittant, Apoſtolos imitantes, qui erant perſeuerantes [22] in doctrina Apoſtolorum, & in cõmunicatione fractionis panis. Grauis enim eſt is apud nos ſuſpitionis, qui abhorret, quod inſequi per deuotionem deberet. Quemadmodum in infirmis ſi corpus vltra, cibum ſumere nequeat, deſperát de ipſis, ac deflent omnes amici: Ita luget Deus, & Angeli animas illas, quæ non veſcuntur Cœleſti ſpirituali cibo. Si quis Sacerdos monitionem huiuſmodi cõtempſerit, & ſacrum facere in diebus præfatis dereliquerit, noſtro arbitrio, & ſecundum Cano-

20 D. Tho. 2. 2. q. 169. per totam.

21 S. Ignat. ep. 14.

22 Act. 2. 42.

23 S Macarius homil. 1.

nonicas ſanctiones grauiter, ut ſupra ſtatuimus, vltionis noſtræ ſentiet vindictã. Æſtiuo tempore poſt primam horã noctis pulſatam, & Hiemali poſt ſecundam caueant per uicos, & plateas incedere, niſi ex graui neceſsitate, ſed Domi ſe contineant, lectionibus, & orationibus deditii;
, memores quod tenuiſsima [24] quæq; no-
, ſtra ueſtigia Deus indagat; Venationem nõ exerceãt iuxta Concilij Aurel. decreta, per quæ omnibus ſeruis Dei venationes, & ſilueſtres defatigationes cum canibus, accipitribus, & falconibus interdicũtur. Si [25] venãdi eſt affectio, habent mõ-
, tes altiſſimos, ceruos velociter Apoſtolo-
, rum, Prophetarumq; dicta percurrentes.
, Habent & in campis petram refugium
, erinacijs, & leporibus, quos in ſimplicita-
, te cordis Chriſtus Dominus per ſuos ca-
, nes venatur, vt ſpinis careãt delictorum.
§. V. Clerici cuſtodiant [26] pedes ſuos ingre-
, dientes domum Dei, ne [27] inſtrumentis
, eiſdem, quibus templũ Dei frequentant
, accedant theatrales ad ludos, & obſcęna
, ſpectacula impia, & prophana: Ideo Comedias, & Scenicas actiones, fabulas, haſtiludia, ſeu quodcumq; aliud ſpectaculi prophanum genus, facere, ſeu ſpectare,

24 Polichron. in Iob 14. 27.

25 S. Proſper. de gloria Sanctorũ.

26 Eccl. 4. 18.

27 Olympiodorus in Eccl. 4. 18.

28 S.Aug.lib.de vera relig cap.51.

non audeāt. Sed [28] ommiſſis,& repudia-
, tis nugis, theatricis, poeticis, diuinarum
, ſcripturarum conſideratione, & tracta-
, tione paſcāt animos. Et [29] ſi volunt pu-

29 Tertull. libr. de ſpect. cap.9.

, gillatos,& luctatos,præſto ſunt nō parua,
, ſed multa: aſpiciant impudicitiam deui-
, ctam à Caſtitate,perfidiam cæſam à fide,
, ſæuitiam à miſericordia contuſam, petu-
, lantiam à modeſtia obumbratam,& tales
ſint agones,in quibus ipſi coronētur. Per-
ſonati nō incedāt, & Congregationibus
mulierum Choreis, & ſaltationibus non

30 Agell. in Pſal. 118. 85.

interueniant; Quæ [30] foueæ potius, quā
, cōfabulationes, et cantilenæ ſunt,quibus
, obruuntur, nō oblectantur. Necnon ab
omni ſuſpectarum mulierum conuerſa-
tione,& cohabitatione ſe abſtineant,etiā
conſanguineatū vltra ſecundū gradum,
niſi licentia à Nobis impetrata. *Ideo ca-
put velare in Sacris Templis* Diuus Pau-

31 1.Cor.11. 10.
32 Vgo Carēſ. ibi.

lus fœminis indicit, vt [31] propter Ange-
, los,ideſt [32] propter Sacerdotes, ne in eius
, faciem inſpicientes, mutentur ad libidi-
, nem. Malach. 2. Labia Sacerdotis cuſto-
, diunt ſcientiam, qui Angelus Dñi exer-
cituum eſt: Quod ſi ita Sacerdotibus ca-
uetur,ne mulieris conſpectu, ex Angelis
Dæmones fiant.

Om-

§.VI. Omnes Clerici minorum, & ſacrorum ordinum, qui alicuius Eccleſiæ ſeruitio adicti nō ſunt, ſingulis diebus feſtiuis in Maiori, ſeu Parochiali Eccleſia, & quotieſcumq; à Parocho fuerit eis iniunctū, volumus tempore Diuinorum Officiorū eos intereſſe. Eos enim, qui Clericali tātum militia, & minoribus ſunt inſigniti, et Eccleſię nō inſeruierint ſtatutis diebus, Qui nouo [33] Tyrocinio ſeruitutis Chriſti ſe milites nō gloriantur, ſed potius Satanæ, et Mundo; habitum, & tonſuram nō deferentes, hac Noſtra Conſtitutione Clericali priuilegio priuamus, & priuatos eſſe declaramus.

33 S. Hier. lib. 11. com in Eſai.

§.VII. Ad Monialium Monaſteria nō accedāt ad Moniales colloquēdum, & [34] euigilare nō faciant Domini dilectas à ſomno quietis, et contemplationis, niſi ex legitima cauſa, & cum licentia noſtra, vel Generalis noſtri Vicarij in ſcriptis obtēta, ſub pœnis in Edicto comminatis.

34 Vgo Cerenſ. in Cant. 2. 7.

§.VIII. Vita [35] Clericorum principaliter ordinatur ad conſiderationem Diuinorum, in qua dirigitur per ſtudium ad Diuina; Et quemadmodum vites clauiculis ſuſtentantur, ita fides, & ſpiritus ex externis diſciplinis fulcitur; Monemus propterea

35 D.Thom. 2.2.q. 180. ar. 2. in corp.

36 S.Baſil. hom. 5.

Cle-

Clericos omnes,Sacerdotes, & Curã animarum habentes, & diſtrictè præcipiendo eis mandamus , vt ſacrarum litterarũ ſtudio ſint intenti,ne ſuis miniſterijs deſeruiẽdo,populis ſint ludibrio,libros aliquos penes ſe habeant, quorũ opera pro tẽporis opportunitate poſſint ſtudio vacare,lectioni Caſuum conſcientiæ interſint omnino, et Sacerdotũ cõgregationẽ inire nõ deſinãt,eos verò,qui ſecus poſtpoſito Dei honore,ac ſuo,fecerint,curabimus formidine pœnæ grauiſſimæ obiurgationis,& ad ordines nõ admiſſionis ad ſtudia reuocare.

DE PAROCHIS,
Eorumque reſidentia.

CAP. XXV.

§.I. PArochi, & alij, quibus cura imminet animarũ, ſcriptum à Patribus, perpetuo deberent recolere, animarum regimen eſſe [1] onus Angelicis humeris formidandum, vnde proprium debitum agnoſcẽtes, oues ſibi cõmiſſas verbo, & exemplo paſcant, & diligẽter inſtruant ea omnia,quæ ad ſalutem ſunt neceſ-

1 S.C.T. ſeſſ.6.de Ref.cap.1.

neceſſaria, quas virtutes ſectari, quæue vitia vitare oporteat, continuo perſuadere non deſiſtant. Sciant [2] boni, fideleſq; præpoſiti languentium ſibi creditá curá animarum, non pompam. Medicos ſe, & non Dominos agnoſcentes: Parent conſet im aduerſus phreneſim animæ, non vindictam, ſed medicinam. [2] S.Bern. ſerm. 25. Cant.

§.II. Igitur qui ad curam animarum regendam præfecti ſunt, diſcant [3] exemplo Prophetico præſidere, non tam ad imperitandum, quam ad factitandum; ideó ijs abeſſe non liceat, abſq; noſtra in ſcriptis licentia, ſed continuo apud Eccleſias ſuas habitent, vel intus Parochiam, vt ouium neceſſitatibus facilius occurrere poſſint, ſub pœna decem ſcutorum, præter fructos, quos pro rata, abſentiæ ſuos non faciunt, ad [4] S.C.T. præſcriptum. In circuitu [5] ſedis quatuor animalia ſtát, quia Doctores populum ſibi commiſſum, & à viſibilibus, & ab inuiſibilibus hoſtibus, quanta virtute poſſunt, defendunt. Per ſe ipſos curam exerceant, nec alteri quouis colore, nobis, vel noſtro Vicario incóſulto cómittant. Diebus Dominicis, & feſtiuis à celebratione núquam ceſſent. A qua benedicta prius Populo aſperſo, aliquid

[3] S.Ber.l. 2. de cóſideratione, ad Eugenium.

[4] S.C.T. ſeſſ.6. de Ref. cap. 3.

[5] S.Amb. in Gloſa citatus apoc. 4.6.

de Euangelio exponant; & venturas Vi-
gilias, & Feſta annũciẽt, & ex hebdoma-
da ſaltem trinam faciant Miſſam. Pro-
prium [6] enim eſt officium Paſtorũ Ec-
cleſiæ docere ea, quę pertinent ad finem,
& ad bonos mores.

§. III. Erga infirmos ſint omni charitate prę-
diti, eorum [7] proprium eſt, ſæpius nocte
ſurgere, & ſolerti indagine ſtatũ Eccleſiæ
quieſcentibus cæteris inſpicere, & eo ma-
gis vbi pietatis præceptum vrget illos re-
ctè diſponant, benignè admoneant, com-
miſſa peccata præuia contritione, cõfite-
ri, poſt triduum Sacramentali cibo ſe re-
ficere, & ſi neceſſitas poſtulabit, Sacra
vnctione perungi. Et [8] reſinam, quæ è
Cœlo eſt, ex propheticis arboribus fluẽ-
tem doctrinam, ad curationem animarũ
ſumant. Quod ita prudenter agãt, vt po-
tius ægrotos conſolatione reficiãt, quam
ijs timorem incutere videantur: Multi
enim [9] ſunt, qui ſeparatos credũt, & ta-
men ſub ipſo viſitationis ſuæ articulo, il-
lic trepidant timore, vbi antea nõ erat ti-
mor. Si ad mortem properare viderint, à
quauis Eccleſia Cenſura, & à Caſibus re-
ſeruatis abſoluant, accepta tamẽ promiſ-
ſione, ſe conualuerint, ad Superiores ſe
con-

6 D. Thom. in 1. Tim. 3. 2.

7 Gloſ. in 2. Eſdr. 2. 13.

8 Græcus Auctor in catena Hiere 46. 11.

9 Ricchar. l. b. 4. de contempl. ca. 10

conuolaturos ijſque obtemperaturos; & denique agentibus animam, Sanctæ Trinitati conſuetis precibus commendant, & mortuos orationibus ſubleuent.

§.IV. Porrò [10] Curati ipſi ſunt, qui deſcen-
„ dunt mare in nauibus, facientes operatio-
„ nem in aquis multis, neq; enim certa pō-
„ tis aliqua, ſeu vadi ſemita coarctantur, vt
„ liberè poſſint vſq; quaq; diſcurrere, & oc-
„ currere ſingulis, vt oportet, ac dirigere
„ pōti ſemitam, ſeu vadi ordinare, gradiē-
„ tes pericula inueſtigare, ac declinare, ex-
„ citare tepidos puſillanimes ſuſtentare. Proinde diligenter inquirāt, an dies feſti debito cultu, & ieiunia ſeruentur: an rudimenta Fidei commiſſi populi ſciant: ſi maleficijs ſuperſtitionibus, blaſphemijs, et vſuris ſe immiſceant; ſi hæreſi (quod Deus auertat), ſint ſuſpecti: ſi meretrices, & cōcubinæ frequentant, et alia peccata committant; Vt iuxta Apoſtoli ſententiam, eos [11] increpare, arguere, obſecrare in omni patientia, & doctrina poſſint, fortè cum eorum exhortationibus, & monitionibus ab illis eos deterreant, alias ad Nos deferant, vt virgam iuſtitiæ ſumentes, cum manſuetudine rigorem, cum miſericordia iudicium, et cū lenita-

10 S. Bern. de tribus ordinib᷒ Eccleſiæ T. 1. apud Princ. B. ſiniani in Pſalm. T. 3. Pſal. 103.

11 2. Tim. 4 2.

te ſeueritatẽ adhibeamus, vt à peccatis reſurgãt, et christiana diſciplina cõſeruetur

§.V. Parochi omnino de libris pro ſuſcepti oneris iuuamene ſibi prouideant, tale .n. eſt [12] ingenium naturæ noſtræ, vt torpeſcat ſi vſus deſtiterit lectionis, quia ſicut ferrum, niſi vtam æruginem generat, ita, & anima niſi frequentius exerceatur lectionibus. Caſuum conſcientiæ, itaque ſummas habeât homelias ſuper Euangelijs, Cathechiſmum Romanũ, Sacrũ Cõcilium Tridentinũ, & præſentes Noſtras Conſtitutiones, Bullam in Cęna Domini legi ſolitam, notam caſuum, et cenſurarũ Nobis reſeruatarum. Parochiales libros benè componant, & ad præſcriptum Cõſtitutionum Prædeceſſoris Noſtri Card. Caetani, nempè Baptizatorũ, Confirmatorum, Matrimoniorum, ſtatus *animarũ* eorum qui cõmunicant, & qui confitentur; librum mortuorum, notam Miſſarũ, & legatorum, et onerum quæ habent; in quo iura ad eorum Eccleſias ſpectantia, vt ſupra ſtatuimus deſcribantur; Notas etiam reliquiarum, & indulgentiarũ adnotentur quos ſi in horum aliquo defeciſſe comprehenſi fuerint vnius menſis Suſpenſionem ſubibunt. Et ſi ad alias

12 S. Aug. lib. quæſtionum ex vtroque teſtamento cap. 120.

Ec-

Ecclesias tranſire contingerint, præfatos libros ſucceſſori omnino conſignent.

§. VI. Viduas, & puellas nubiles ad Missę Sacroſancto Sacrificio intereſſe hortentur, & renuentes, Nobis deferant, & quæ de Diuino cultu, & celebratione Miſſarum Nobis cõſtituere viſum fuit, omnino obſeruare procurent ſub pœna Nobis arbitraria; & ſi aliquando indulgentias publicare cõtingerit populos inſtruãt, quæ pro illis conſequendis faciẽda ſunt, & vitam beatorum virorum ante oculos proponant ad emulandum prouocent, vt virtutem non negligant, ſed fugiant peccata. 13 S. Io. Chriſ. ho. 12. in Gen. Palmas, et Candelas benedictas ſtatutis temporibus, & nõ niſi in Eccleſia deſtribuant; Benedictionem domorum in die Sabbati Maioris hebdomadę, vel alio opportuniori tempore impendant, & in hac Ciuitate, et Diœc. noſtra, ſed vbi adhuc introducta non eſt pia hæc conſuetudo, omnino illam introduci in Domino exhortamus; & proinde Magiſtris noſtris Cæremoniarum peragendam demandamus, ſub pęna ab eorũ officio priuationis.

§. VII. Curent Parochi, vt mares ſupra decẽ annos à fœminis dormiãt ſeparatim, niſi coniugalis copula eos cõiugãt, quod ſub

ex-

excõmunicationis pœna ad ſcandali occaſiones reſecãdas omnino prohibemus. Olea ſacra nullatenus Laicis concedere audeant ſub pœna priuationis ab officio Curæ, annalis carceris, et à noſtra Diœceſi exilij; quam etiam ad alios Clericos, idem patrare ſcelus, nõ erubeſcẽtes extẽdimus. Laicos verò qui Sacra Olea ſumpſerint excommunicationis neruo percutimus. In ſuis Eccleſijs Altaria, ſeu Cappellas fabricari, & erigi, picturas fieri, ſepulturas ſterni, ſine Noſtra licentia, ſub arbitraria pœna, nõ permittant: et omnino præcipimus, vt in eorum Eccleſijs Cõſtitutio-

14 nem Pij [14] V. b. rec. de reuerentia Eccleſijs habenda, teneant; & ſæpiſſimè populo legant, & interpretentur, & reliqua peragant, quæ ad ſuum præfatum officiũ obeundum ſpectãt, vt moribus, et doctrina cunctis ſint exemplo, et ſuæ ſollicitudini cõmiſſi greges doctrinæ, & vitæ ſalutaribus documentis debitè paſcantur.

15 1. Petri 1. 5. VgoCarenſis hic

, Paſcite [15] dixit Chriſtus qui in vobis eſt
, gregem Dei prouidentes, non coactè, ſed
, ſecũdum Deum, neq; turpis lucri gratia,
, ſed voluntariè, neq; vt dominãtes in Cle-
, ris, ſed forma facti gregis ex animo: in
, quo monet ad regulam, et exemplum ex-

te-

„ terioris bonæ conuerſationis. Dæmonibus obſeſſos exorcizare interdicimus Clericis, & Præsbyteris omnibus noſtræ iuriſdictioni ſubiectis, Nobis, vel Vicario noſtro Generali inconſultis.

DE IVDICIBVS SYNODALIBVS.

CAP. XXVI.

§. I. SAcroſancti [1] Concilij Tridentini decreta ſectantes, & ad præſcriptum Conſtitutionis Bonifacij P P. viij. procedentes aliquos in Eccleſia dignitate, ſeu noſtræ Cathedrali Eccleſiæ Canonicos in Iudices Synodales Nobis diligere opus eſt, qui à Sede Apoſtolica cauſas ſibi commiſſas cognoſcant, eaſq; ad præſcriptam normam omni breuitate prout de Iure terminent, memores quod „ ſicut [2] benedictione digni ſunt qui cul- „ pas corrigunt, ita nihilominus maledi- „ ctioni obnoxij ſunt, qui peccatoribus „ blandiuntur.

1

2 S. Petr. Damian. ep. 6. in 1. Iob.

DE

DE EXAMINATORIBUS Synodalibus.

CAP. XXVII.

§. I. ECumenica, & generalis Tridentina Synodus ſanctè proſpexit, vt Examinatores aliqui in qualibet Cathedrali ab Epiſcopis in Diœceſana Synodo crearentur, vt ad curam animarum præficiendi ab ijs præuio examine probarētur, vt [1] in doctrinis glorificatus ſit Dominus; Et ad tale munus aſſumpti ad Sancta Dei Euangelia præmiſſo iuramēto, ſe omni poſtpoſita humana paſſione, & reſpectu, impoſitum onus fideliter eſſe executores.

1 Iſa.24 15.

§. II. Examinatores autem ſic à Nobis electi grauiſſimum onus ſibi iniunctum intelligant, non [a] accipiant perſonam, vel munera: Non [b] quidem perſonam, quia perſonarum acceptio non eſt apud Deū, qui Iudex iuſtus eſt, Cauſam diſcernens non perſonas, & acceptio perſonarum eſt peccatum iuſtitiæ diſtributiuæ contrarium. Nec munera ante, vel poſt examē ab ordinandis, vel ad curam concurrentibus

a Deut.16. 19.

b D.Tho.2.2.q.63. art.1.& 2.

tibus occaſione examinis, ſi nolint tàm ipſi, quàm dantes Simoniæ labe redargui, & de officio negligenter functo ſtrictiſſimam Deo rationem reddere. Simoniaci [s] puniuntur etiam infamia, & depoſitione, ſi ſint Clerici, & excommunicatione ſi ſint Laici, vt habetur pr.q p.C. ſi quis Ep. Examinandos priuatim non inſtruant ſuper eis, de quibus in examine interrogabunt ſub pœna priuationis ab officio, ſed iuſtitia induti, veſtiant ſe, ſicut veſtimento et diademate.

s Idem q. 100. ar. 6. in corp.

DE TESTIBVS SYNODALIBVS.

CAP. XXVIII.

§. I. VT delicta, quæ in noſtra Diœc. non ſine animi noſtri dolore commiſſi ſolent, debitis pœnis corrigantur, cum multoties accidat, vel miniſtrorum incuria, vel alia cauſa ad Nos, noſtrumque Tribunal nó deferri, & illis cómiſſis per condignam pœnitentiam, non correctis, mox ſuo pondere iuxta illud Greg. Pont. Max. in maiora trahant. Quare [t] his quibus ſummerſio imminet, arcam bitumine litam prouideamus ad S.

t S. Cypr. de Ieiunio, & tentationibus Chriſti.

C. T. præſcriptũ Synodales teſtes in hac Synodo eligẽdos duximus moribus, ætate, & bonitate ſanctiores, ac grauiores viros, qui ſi iuxta munus ſibi iniunctum, delicta Nobis denuncient, maximam opem in diſciplina Eccleſi. inſtauranda, & moribus corrigendis allaturos fore, nõ dubitamus. Horum autem aliquos nominandos, alios verò licet electos reticẽdos decreuimus.

§. II. His verò ſic electis, huiuſmodi monita damus, ne gratia, vel odio, vel amore, vel conſanguinitatis affectu moueantur, quò minus Nobis occurrentia delicta, correctione digna reportent. Zelo [a] fidei Populus gentilium, vitã ſibi aquiſiuit æternam, quam negligentia, atque deſidia Iudæorum Populus amiſit. Itaque aduertãt diligentius, an Parochi, & curam animarum gerentes, ita ſe exerceant, vt populo exemplo potius, quam ſcãdalo ſint, & diligenter in Sacramentis miniſtrãdis inuigilent, et præcipuè infirmis. An Doctrinam Chriſtianam edoceant, ac Clerici Eccleſiaſticis ſeruitijs deputati eorum miniſterium præſtent, an Ieiunia ſeruentur, et Sacri Feſti dies colantur, ac in Eccleſijs piè homines, vt ſupra ſtatutum eſt,

a S. Ambr. in Pſ. 118.

ver-

verſentur, an ſit aliquis bonorum Eccle-ſiaſticorum occupator, an Pia legata executioni demandentur, an excommunicati à conuerſando ſe abſtineant, an præcepto Paſchali ſit ab omnibus ſatisfactum, an Monialiũ Clauſura, & leges ſeruẽtur, & regulares ſcandalum præbeant, an vſurarij, Concubinarij, Superſtitionibus, & Sortilegijs incumbentes, an Blaſphemi, et Hæreſi labe ſuſpecti in Ciuitate, & Diœc. noſtri ſint [3] dubium ſub dubio, & certum pro certo deferentes nobis, vel noſtro Generali Vicario denunciare teneantur. Et [4] quoniam teſtes non admittũtur niſi iurati, omnia hæc vt proprius exequantur, iuramentum in Noſtris manibus ad Sacrorum Canonum ordinationem præſtent.

3 D. Th. 1. 2. q. 70. ar. 4. ad primum.

4 Id. q. 70. art. 4. Corp.

DE MALEFICIS, SORTILEGIS, Cingaris, & Blaſphematoribus.

CAP. XXIX.

§. I. Maleficiorum, in [1] quorũ ora, laquei Diaboli ſunt, peſſimã conſuetudinem è Ciuitate, & Diœc. noſtra penitus eradicare cupiẽtes, antiquorum

1 S. Auguſt. 3. lib. confeſſ. cap. 3.

rum Canonum [2] decreta ſectamur, qui extra fidelium cętum incantationum obſeruatores eijciebant: Iſtorum enim hominũ genus propriè [3] ſalutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, ſuis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, alijſque nefandis ſuperſtitioſis ſortilegijs exceſſibus, carminibus, et delictis fidem ipſam, quam in Sacri ſuſceptione Baptiſmi ſuſceperunt, ore ſacrilego abnegare, aliaq; quam plurima nefanda exceſſus, et crimina, inſtigante humano generis inimico committere, & perpatrare nõ verentur, in animarum ſuarum periculũ, Diuinæ Maeſtatis offenſam, ac pernicioſum exemplum, ac ſcandalum plurimorum, quia Superſtitio eſt vitium Religioni oppoſitum, ſecundum exceſſum, non quia plus exhibeat in cultum Diuinum, quam vera Religio, ſed quia exhibet cultum Diuinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet.

§. II. Quapropter Parochi, & alij, ad quos ſpectat, diligenter inquirant, qui, vel quę ſunt huiuſmodi nefarijs operibus Sathana inſtigante incumbentes, & nobis cum primum ſub excommunicationis pœna referant, vt [4] ad eorum errorem extir-

2 Can. nõ oportet 26. q. 5.

3 Innoc. VIII. cõſtit. 1. quæ incipit ſummis deſiderantibus affectis.

D. Thom. 2. 2. q. 92. ar. 1. in corp.

4. Leo X. in Conſ. 43. quæ incipit honoris petentiũ votis.

pan-

pandum opportuna adhibeantur remedia. Nam ſicut Diabolicis artibus huiuſmodi, fideles à Diuino cultu retrahere nituntur, vt dęmonis Vinculis ligare, tàquam [5] membrum incurabile, reſcindantur à nobis, ne ſocietate, etiam, quod ſanũ eſt, corrumpatur. Igitur [6] ſcintilla ſtatim, vt apparuerit, extinguenda eſt, & fermentum à maſſa vicina ſemouendum; ſecandæ putridæ carnes, & ſcabiorum animam à caulis ouium repellendam, ne tota domus Maſſa corpus, et pecus ardeat, corrumpatur, putreſcat, et inhæreat. Ideo è Sanctæ Romanę Eccleſię gremio alienos declaramus, donec abſolutionis beneficium, præmiſſa pœnitentia, mereantur obtinere. Præfatam tamen excommunicationem volumus etiam incurrere eos, qui Maleficis paruerint, conſenſerint, vel maleficia miniſtrare procurauerint: Vnus [7] enim tondet, alter expilat, vnus pedem tenet, alter excoriat. Verum ſi tam ſcęleſtum crimen Sacerdotes, qui alios docere debent, vel aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ in [8] Deum impij fuerint, eos grauiori animaduerſione puniemus, & pęnas in Conſtitutione Greg. XV. [9] fel. re. infligemus.

5 Synneſius Ep. 58.

6 S. Hieron. lib. 3. ad Galat.

7 Petrus Belenſ. Ep. 146.

8. Procopius in lib. Reg.

9 Sub die 20. Martij 1623.

Pra-

10 S. Epiphan. l. 1. ad hereſes.

§. III. Praua item [10] comenta, & ſomnia introducta in nocte S. Ioannis Baptiſtæ, & alijs diebus, quando mulieres præſertim ex phialis aqua plenis, & ex plumbo in aqua liquato, floribus, ſale, et victis in via proiectis, alijſque ſimilibus, ac inanibus vanitatibus, carminibus, cãtilenis, & orationibus futuros coniuges, ac matrimonij futurum ſtatum conijcere ſuperſtitiosè ſtudent; omnino prohibemus. Quáquam

11. Aloyſ. Nouar. Adag. 8. ex D. Bernardo.

12 S. Hier. Ep. 14. ad Celantiam.

13 S. Baſilius Epiſ. Seleuciçorat. 18.

„ magna [11] expectantibus huiuſmodi ſu-
„ parſtitiosè ridiculum producere ſolet mu
„ rem, tamen, ne [12] cito ad maiora progre-
„ diantur, parua ſunt formidanda, & ſanè
„ neſcio, an poſſumus leue aliquod pecca-
„ tum dicere, quod in Dei cõtemptum admittitur contra eos non ſolum excõmunicationis pœnam comminamur, [13] vt
„ ab impietate ex leuioribus erratis extrahamus, verum etiam Confeſſarijs noſtris omnibus præcipimus, vt in Confeſſionibus Sacramentalem abſolutionem denegent, & præter ſigilli Sacramentalis fracturam, ſi honeſtas tulerit, rem totam Nobis referant pro opportuno remedio adhibendo.

§. IV. Inuigilent etiam Parochi, & Populum ſæpè moneant, ne Cingaris, qui præſtigijs,

gijs, & incantationibus imprudentes fallunt, & ab ijs pecuniam extorquent, fides habeatur, & inquirant, ne [14] ſint Ægypti farinæ, & ideo an rudiméta fidei calleát, ac ieiunia Eccleſiaſtica ſeruent, an Baptizati, & Confirmati ſint, an Vxores, quas ducunt verè ſuæ ſint, an Concubinæ, an infirmitate correpti, Sacramenta percipiant, & ſi moriantur Eccleſiaſtico more tumulentur, & quid omne ſimile Nobis deferant, vt iuxta Canonicas Sáctiones procedere poſſimus.

14 Aloyſ. Nouat. Adag. 1092.

§. V. Licet Gregorius [15] IX. Pót. M. contra blaſphemantes optimè proſpexit, quia tá Summi Pontificis diſpoſitio negligitur, & ſummoperè expediat obſeruari, ſtatuimus, vt tam deteſtandũ Blaſphemiæ crimen extirpetur, omninò, Gregoriana illa Conſtitutio obſeruetur. Mandamus pariter Curatis omnibus, vt inter Miſſarum ſollemnia pluries in anno vernacula lingua denuncient Bullam [16] Pij V. ſan.m. contra blaſphemantes editam, vt ſi timore Dei poſt habito à tam nefando vitio non abſtinuerint, ſaltem audientes, pœnarum magnitudine deterreátur, iuxta monitũ Innocétij [17] III. P. M. Quos Diuinus timor à malo nó reuocat, temporalis ſal-

15 Cap. ſtatuimus de maledicis.

16 Sub anno 1566. quæ incipit cum primum Apoſtolatus.

17 Cap. vt Clericorum de vita, & honeſt. Clericorum.

ſaltem pęna prohibeat à peccato. Præcipimus propterea non ſolum iiſdem Curatis, ſed quoquo blaſphemarores nominis Dei, Virginis Deiparæ, ac Sãctorum nomina blaſphemare audierint, vt Nobis denuncient, nam nó ſolum partem cum impio habere nõ vidẽtur, ſed decem annorũ indulgentias à Leone X. [18] in Cõc. Later. conceſſas lucrabuntur.

18 Sub anno 1514. quæ incipit ſupernæ diſpoſit omnis arbitrio §. 33.

DE CONCVBINARIIS CAP. XXX.

§. I. Concubinatus grauiſſimum ſcelus Sacris Canonibus, & Cõcilijs edocti, penitus euellere, quantum in Nobis eſt exoptãtes, & nũc monemus Parochos, vt omnes tali vitio notatos cõcubinas eijcere infra Mẽſem aduertãt, alias Nobis denũciare procurẽt, vt eos *ſtatutis* pęnis, etiam cenſurarum, & inuocatione brachij Secularis, cõcubinas cum effectu eijcere compellamus, per ipſas enim [1] ,, fędus amicitiæ hominis ad Deum, & ho- ,, minis ad hominem violatur. hæc enim ,, ſunt cõtra duo præcepta Charitatis, quæ ,, eſt animæ, vitæ. In Clericos verò maiori animaduerſione dignos, exilij, carceris, & multæ pœnas, prout delicti qualitas exi-

1 D. Thom. 3. p. ſupl. q. 65. art. 4. Corp.

exigerit irrogabimus. Publici Concubinarij, & Concubinæ ad Sacram communionis Menſam non admittantur, (etiam ſi fidem Confeſſionis habitæ oſtẽderint) niſi ſecuta reali ſeparatione.

§.II. Meretrices ab Eccleſijs, & Monaſterijs remotas, ſub pœna excommunicationis, omnino præcipimus habitare.

DE VSVRARIIS. CAP. XXXI.

CVm [1] multa, & innumera ſint mala, quibus, & Deus offenditur, & Regnum Chriſtianorum periclitatur, extat inter cætera vnum quoddam valde execrabile, Deoque deteſtabile auaritiæ genus, quo indubitáter, & Deus ad iracundiam prouocatur, et præceptis eius repugnatur, & miſericordia humana læditur, præcepta Diuina tranſgreditur; obliti namque præceptionis Dominicæ, qua dicitur, pecuniam tuam non dabis ad vſuram, & frugum ſuper abundantiam non exiges. Ego Dominus Deus veſter; in tantam turpiſſimi lucri rabiem exardeſcunt, vt multiplicibus, atque innumeris vſurarum generibus ſua adinuentione & cupiditate repertis, pauperes Chriſti affligunt. Cupientes propterea illam

[1] Concil. Pariſ. ſub Greg. 4. Cõc. Th. PP. 5. 2.

tamquam execrabile ſcelus à Ciuitate, & Diœc. noſtra eradicare, præcipimus Parochis; & alijs Sacerdotibus, ne manifeſtos, & publicos vſurarios, niſi reali ſatisfactione ſecuta, vel ſufficienter de reſtituendo cautum fuerit, ad Sacramentorũ perceptionem admittant. Si res aliena, propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & nõ redditur, pœnitẽtia non agitur, ſed ſimulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatum, ſi reſtitui poteſt. Eccleſiaſtica ſepultura denegetur eis, niſi eo ipſo ſuſpenſionem ab officio ab Alexãdro III. cap. quia in omnibus de Vſuris inflictam, concedentes incurrere velint. Eandem pęnam priuationis Sacramentorum, et Eccleſiaſticæ ſepulturæ tabelliones, qui ſcienter de cõtractibus vſuraria prauitate refectis ſe rogauerint, volumus ſubiacere.

Et ne Confeſſarij in adinueniẽdis Vſurarijs contractibus in Sũmiſtarum libros diù vagentur, & defatigẽtur. Vſuræ [3] enim peccata aliquoties ab humana malitia, etiam debita nominantur infraſcriptos à Iure reprobatos, præter alios hac noſtra Synodali Conſtitutione adnectẽdos duximus, expreſsè præcipientes iſdem Confeſ-

3 S. Aug. in P. 77.

feſſarijs ſub pœna Suſpenſionis à Cōfeſſionibus audiendis, quod præter notam Cenſurarum, & Caſuum Nobis reſeruatorum, & Bullæ in die Cœnæ Domini legi ſolitæ præſentes contrahendi modos in particulari nota deſcribant, & in altera parte Confeſſionalis affigant.

Quodcumq; lucrum cōuentum ex mutuo, vel depoſito præter ſortem, etiā ſi ſit pecunia priuilegiata, nempè Eccleſiarum, pupillorum, & aliorum huiuſmodi.

Cambia ſicca, & non realia, nempè cum pacto, vel animo nō faciēdi ſolutionem in locis, in litteris Cambij deſtinatis, ſed in loco, in quo pecuniæ dantur.

Nè res modico pretio pignori detur, vel vēdetur, pacto redimēdi intra certum tempus, vt ſi ad dictum tempus res redempta non ſit, res ſit libera emptoris, vel eius, qui pignora accepit.

Frumentū, & alia blada, vinū, & oleum mutuo dare pacto adiecto illa reddēdi in locis deſignatis, in quibus veri ſimile eſt pluris vendi, vel quod mutuarij vecturarum impenſas ſoluere habeant.

Item ſi frumentū, hordeū, & ſimilia, vinum, & oleum corrupta dētur, vt integra carius in eadē quātitate reddantur, etiā ſi reſti-

tutio ad cõmoditatẽ debitoris differatur.

Nè cui quidquam carius vẽdatur, vt ſtatim a uenditore, p ſe, vel p impoſitá pſoná vilius ematur, quod vulgo la chiácata vocát.

Non valeant patiſci, quod pretium, quod ob dilatam ſolutionem interim accreſcit, vertatur in beneficium venditoris, niſi etiam diminutionis periculum ſubeat.

Frumentum, & alia blada dare, vt reſtituantur ad ſimplicem dantis, non autem recipientis requiſitionem.

Taxationem pretij frumenti, hordei, & his ſimilium, vini, & olei, quæ vulgo dicitur alla voce, à Mercatoribus, vel alijs, qui pecunias mutuo dederunt iniuſtam, et illicitam declaramus. Iniquum enim eſt quemquam ſibimet Ius dicere. Verum illa ab Officialibus accepta prius à probis viris expertis, & intereſſe nõ habentibus certa notitia de vbertate, uel ſterilitate Meſſis, publica fiat auctoritate. Nulli autem liceat quomodocũque cooperari, ſeu monopolia facere, ut blada, uel ſimilia vilius vendantur, ut taxatio pretij, ſeu Vox vilius reddatur.

Locatio Ouium, Caprarum, et his ſimilium, quę dicitur ad caput ſaluum illicitam declaramus, ſi ſcuta duodecim excedat pro

ſin-

ſingulis centum ouibus pro vno anno cũ fructus non correſpondeant oneribus, quæ ſocijs, ſeù conductoribus imponuntur.

Pecuniam ſuper Nauibus dare, quod vulgo dicitur alla parte, ea conditione, vt ſors ſit ſemper ſalua, & fortuitis caſibus non exceptis.

Contractum, in quo pecunia datur pro frumento, & ipſo certo tempore non reſtituto, eius pretium promittitur in oleum, & deinde in aliã ſpeciem vſurariũ declaramus, niſi deducantur expenſæ, & pericula, quæ ſubituros eſſet in ſeruandis his, quæ recipere debebat.

DE SYNODALIBVS CONSTITVtionibus Publicatis, & in poſterũ Publicandis.

CAP. XXXII.

§. I. AD hoc, [1] quod lex virtutem obligandi obtineat, quod eſt , proprium legis, oportet, quod applicetur , hominibus, qui ſecũdũ eã regulari debẽt. , Talis autẽ applicatio fit per hoc, quod in- , notitiam eorũ deducitur ex ipſa promul- , gatione. Quapropter vt [2] ſurgat Dñs

[1] D. Th. p. 1. q. 90. ar. 4. C.

[2] Pſ. 131. 8.

, in requiem ſuam, & in arca ſanctificatio-
3 Paraphr. Chald. , nis ſuæ, ideſt [3] in arca, in qua lex ſua eſt.
Mandamus ſingulis Dignitatibus, Canonicis, Presbyteris, & Clericis de Capitulo, & Clero Cathedralis Eccleſiæ Ciuitatis Tarentinæ, ac Collegiatarum noſtræ Diœc. necnon omnibus, ad quos ſpectat, vt quæcũque ad Eccleſiaſticã diſciplinã, & mores reformãdos Statuta, & quæ ſancita ſunt, ita obſeruent, et exequantur, vt
4 Clemens Alex. lib. 2. ſtrom. , leges [4] animatæ ſint, talis autem eſt, qui legem implet. Volumus etiam, quod tranſactis tribus Menſibus à die publicationis, omnes de Clero, & Diœc. noſtræ afficiant, & arctent, ac ſi perſonaliter ſingulis notificatæ fuerint.

§. II. Necnon infra Menſem poſtquã Typis mandatæ fuerint ab omnibus eiuſdem Cleri noſtræ Diœceſ. volumen *ipſarum* habeatur ſub pœnis noſtro arbitrio irri-
5 Agell. in Psal. 118. 9. , gandis, nihil [5] enim eſt efficacius ad cohibendas cupiditates, quam Diuinæ aſſidua legis meditatio, quæ, & ducis officio fungitur, et inſtar frænorum exultantis ætatis impetus cohibet.

§. III. Quæ ad Laicos pertinet, ſæpius ſecũdum temporis opportunitas patietur, Populo publicentur per Curatos, vt ea, repe-

tita

tita diligentia, obſeruentur. Multis ſcandalis [6] Mũdus plenus eſt,quomodo igitur hæc aliquis ſuperet, niſi aſſiduè Dei verba,atque ſermones in mente habeat? nam ea cognitio purgatrix, ac ſeruatrix eſt omnium. 6 Didimus in Pſ. 118. 9.

§.IV. Synodales Conſtitutiones à prædeceſſoribus noſtris editas,& promulgatas nullo modo contraire intendimus, & abrogare,niſi illæ his noſtris cõtrariæ fuerint.

§.V. Vbi nulla eſt pœna addita,illam noſtro arbitrio relinquimus, & delicta,in quibus in Canonibus certa eſt conſtituta,decernimus his, & illis coerceri debere.

§.VI. Conſtitutiones noſtras, & decreta, in quibus excommunicationis pœna addita non eſt, nolumus peccati mortalis reatũ inducere,niſi communium legum diſpoſitio,vel magnus contemptus inducant.

§.VII. Omnia à Nobis decreta facta, & publicata, omni qua debemus reuerentia, & humilitate S.R.E.correctioni Iudicio, & auctoritati ſubmittimus.

§. VIII. Cauſas in Edicto narrauimus quibus Synodum cogere hactenus diſtulerimus, nunc vt Sac. Concilij Tridentini inſtitutum debitum ſortiantur effectum, decernimus in Dominica poſt Feſtum

In-

Inuentionis S. Cataldi, cuius patrocinio hæc noſtra Ciuitas regitur, & decoratur ſingulis annis Diœc. Synodus celebretur, ſi legitimis de cauſis in aliud opportunius tempus differre Nobis non videbitur, ut peruigiles ſemper oculos habeamus, & perſeuerare in Domino, cui ſit laus, honor, & gloria In ſecula ſeculorum. Amen.

S. Petr. Dam. Ep. 39.

FORMA IVRAMENTI Examinatoris Synodalis.

EGo .N. in hoc Synodali conſeſſu Examinator ad Ordines promouendorũ, & de Curatis Eccleſijs præficiendis deputatus, iuro, me omnia, & ſingula S.C.T. Conſtitutiones ab hac Synodo patefacta adimpleturum, & alia quæcũque ad prædictum onus ſpectantia, obſeruaturum, & facturum; ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

FORMA IVRAMENTI Teſtis Synodalis.

EGo .N. in teſtem Synodalem electus, iuro, ſpondeo, & promitto, quod quicquid contra Dei voluntatẽ in parte Diœc. mihi commiſſa audiuero, vel quocũque modo ad mei notitiam peruenerit, & etiã inquiſiturus, quid factum, vel in poſterũ fiet, nulla animi paſſione motus, odio, vel parentela ductus meo Prælato, eiuſque Officiali celabo, ſed interrogatus quæcumq; ſciam, manifeſtabo; ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

FESTA, QVÆ SVB PRÆCEPTO cadunt in toto Anno.

IANVARII.

1. Circumciſio Domini.
6. Epiphania Domini.

FEBRVARII.

2. Purificatio B. Mariæ Virginis.
24. S. Matthias Apoſtolus.

MARTII.

19. S. Ioſeph.
25. Annuntiatio Beatæ Mariæ Virginis.

APRILIS.

MAII.

1. SS. Philippus, & Iacobus Apoſt.
3. Inuentio Sanctæ Crucis.
10. Inuentio Sancti Cataldi.

IVNII.

24. Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ.
29. SS. Petrus, & Paulus Apoſt.

IVLII.

25. S. Iacobus Apoſtolus.
26. S. Anna.

AVGVSTI.

10. S. Laurentius.
15. Aſſumptio B. Virginis Mariæ.
25. S. Bartholomæus Apoſt.

SE-

SEPTEMBRIS.

8. Natiuitas Beatæ Mariæ Virginis.
19. S. Ianuarius.
21. S. Matthæus Apoſt.
29. Apparitio S. Michaelis Archang.

OCTOBRIS.

28. SS. Simon, & Iudas Apoſt.

NOVEMBRIS.

1. Feſta omnium Sanctorum.
30. S. Andreas Apoſt.

DECEMBRIS.

21. S. Thomas Apoſtolus.
25. Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti.
26. S. Stephanus Prothomartir.
27. S. Ioannes Apoſt. & Euangeliſt.
28. SS. Innocentes.
31. S. Sylueſter.

CASVS RESERVATI.

1 BLaſphemiæ omnes hæreticales, quę aliquo modo hæreſim continent, aut Articulis fidei, vel alijs, quæ de fide Catholica Eccleſiæ Romanæ eſſe cenſentur, aduerſantur.

2 Incantationes, & Veneficia cum inuocatione, vel pacto expreſſis Dæmonum.

3 Simonia omnis, confidentialis, quæ in

Bullis Pij IV. & Pij V. reſeruata eſt, & mentali excepta.

4 Homicidium voluntarium, abortus, ante, vel poſt fætum animatum, & ſterilitas ſtudiosè procurata.

5 Verberantium Patrem, & Matrem impium crimen.

6 Falſum in Iudicio teſtimonium, in aliorum gratiam, vel odium.

7 Peccatum Sodomiæ habituale, & Beſtialitatis.

8 Inceſtus in primo, vel ſecundo affinitatis, aut conſanguinitatis gradu, carnalis, vel ſpiritualis.

9 Sacrilegiũ in loco ſacro per ſãguinis effuſionẽ, aut Seminis emiſſionẽ, vel per tactus inhoneſtos cum ſacris Virginibus.

10 Impedimentũ, quod datur à parentibus, ſeu alijs perſonis legitimis, liberis, ſeu aliæ perſonæ ſibi ſubiectæ in diebus feſtiuis, ne ſacrum audiant.

EXCOMMVNICATIONES Synodales.

1 EXcõmunicamus omnes, & ſingulos Incantationes, & faſcinationes, ſeu ſortilegia cũ expreſſa Dæmonũ inuocatione exercentes.

Item

2 Item excommunicamus omnes illos, qui Hæreticos, aut fide ſuſpectos non denunciant.

3 Itē excōmunicamus eos, qui cauſarum fidei progreſſum impedire nō verentur.

4 Item excōmunicamus Curatos omnes vetera ſacra olea non comburentes; qui alijs quā Parochialibus Eccleſijs ea cōcedūt: alijs ſacris oleis, quā ijs, quæ ex noſtra hac Metropolitana Eccleſia accipiūtur, vtentes, quiq; illis ad malū abutūtur.

5 Item excōmunicamus omnes Sponſas ante ſuſceptum Matrimoniū cognoſcentes, necnon Parentes, quorum negligentia vel culpa id euenerit.

6 Item excommunicamus Notarios, qui bona Eccleſijs, vel alijs pijs locis obuenerint infra vnius Menſis ſpacium non denunciantes.

7 Item excōmunicamus Decimas nō ſoluentes, vel eas ſibi Vſurpantes.

8 Item excommunicamus omnes illos, qui abſq; licentia cum Monialibus loquuntur; & turpibus colloquijs cum Monialibus vtuntur ſiue cum licentia, ſiue ſine licentia loquendi in quo Moniales ipſas nectimus.

IVDICES SYNODALES.

Admodum Reuerendi Domini Franciſcus Antonius Romanellus V.I.D. Archidiaconus Tarentinus.

Franciſcus Antonius Andrada V. I. D. Canonicus Tarentinus.

Ioannes Vincentius Viterbo V. I. D. Canonicus Tarentinus.

Franciſcus Piccolus V.I.D. Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ Terræ Martinæ Prothonotarius Apoſtolicus.

Io. Maria Amato V.I.D. Prothonot. Apoſt.

EXAMINATORES SYNODALES.

Admodum Reuerendi Domini Franciſcus Antonius Romanellus V.I.D. Archid.

Franciſcus Antonius Capitignanus V.I.D. Cantor.

Franciſcus Antonius Andrada V. I. D. Canonicus.

Franciſcus Antonius Cìnai V.I.D. Canonicus, & Seminarij Rector.

Ioannes Gnettara S.T.M.& Canon. Theol.

Alexander de Pulicina S. T. M. Canonicus Pœnitentiarius

An-

Antonius Mendes V.I.D. & Proth. Apoſt.
Io. Maria de Amato V.I.D. Proth. Apoſt.
Franciſcus Antonius Siculus S.T.M.
Marcus Antonius de Caſtro V.I.D.
Franciſcus Antonius Locritano V.I.D.
Ioſeph Maria Gauitella V.I. D. & Synodi Secretarius.
Vrſinus Calò.
Fr. Iordanus à Tarento S.T.M. Ord. Præd.
Fr. Dionyſius à Lytio S.T.M. Ord. Prædic.
Fr. Dominicus Barrera à Tarento Ordinis Carmelitarum, & Synodi Concionator.
Fr. Iulius Antonius à Scarnera de Tarento S.T.M. Ord. S. Franciſci Conuentualiũ.
Ioannes Baptiſta Galibertus Societatis Ieſu Rector Collegij Tarentini.

TESTES SYNODALES
in Ciuitate Taren.

Reuerendi D. Vrſinus Calò.
Don Franciſcus Antonius l'Inceſſus.
D. Didaçus Amantonìcus.
D. Cataldus Trullus.

In Terra Cryptaliarum.

R. D. Franciſcus Pepe Cantor Collegiatæ Eccleſiæ Cryptaliarum.
D. Ioſeph Lotta.
D. Ioannes Mannara:

In

In Terra Martinæ.

R.R.Franciſcus Piccolus V.I.D. Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, & Prothonotarius Apoſtolicus.

Vitus Maſſia V.I.D.Canonicus.

Franciſcus de Serio Presbyter.

Angelus Semerarius Presbyter.

SYLLABVS, CAPITVM, & Paragraph.

De Fide Catholica, eiuſque profeſsione. Cap. I.

Qui tenentur profeſſionē emittere §.1.2.3.
Etiā excommunicati, qui inſurdeſcunt §.4.
Inquiſitio circa Magos, Sortilegos, & ſimiles §.5.
De Concionatoribus §.6.
De libris prohibitis §.7.
De manuſcriptis §.8.
De Repreſentationibus, & Tragedijs §9.
De audiendis Concionibus §.10.
De Doctrina Christiana. Cap.2.
Qui, & quando Doctrinam Chriſtianam docere debent §.1.

De

De ſodalitatibus Doctrinæ Chriſtianæ erigendis §.2.
De obligatione ludi Magiſtrorum circa doctrinam Chriſtianam §.3.
Curati quam diligētiam adhibere debēt tā circa pueros, quam circa adultos §.4.
Parētes puerorū ad hoc etiā hortantur .5.
De lectione Caſuum Conſcientiæ. Cap.3.
Lectio Caſuum Conſcientiæ habenda §, 1.
De Sacramentis in genere. Cap.4.
De excellentia,& neceſſitate,& vtilitate Sā-ctiſs.& ad quod tenentur Parochi §.1.
De puritate,& diligentia Miniſtri §.2.
De vſu Rituali Romani, alijſque circunſtantijs §. 3.4.
Sine labe Simoniæ exerceatur §. 5.
De cuſtodia in ſeruandis §. 6.
De Sacramento Baptiſmi. Cap. 5.
Omnes tenentur baptizari; & diligentia Parochi circa hoc §. 1.
De perſonis exercentibus Baptiſmum, & de Obſtetricibus §. 2.
De materia,& forma Baptiſmi §. 3.
De loco vbi Baptizari debetur, & Forma in caſu dubitationis §. 4.
De tempore, & Cæremonijs §. 5.
De patrinis §. 6.
De nominibus imponendis §. 7.

De euitandis Superſtitionibus §. 8.
De libris Baptiſmalibus §. 9.
De Fonte Baptiſmi §. 10. de Sacrario §. 11.
De aſſeruatione olei Chriſmatis §. 12. 13.
De Benedictionib. Eccleſiæ puerperis. §. 14.

De Sacramento Confiirmationis. Cap. 6.

De excellentia, vtilitate huius Sacramenti, & de preparatione recipiendi §. 1.
De Patrinis §. 2. 3. de Cætemo. & libris §. 4.

De Sacramento Pœnitentiæ. Cap. 7.

De neceſſitate, vtilitate, & excellentia huius Sactamenti §. 1.
De licentia audiendi Confeſſiones §. 2.
De loco, modo, diligentia, & puritate miniſtrandi hoc Sacramentum §. 3.
De ſigillo Confeſſionis §. 4.
De abſolutione non impartienda ſuper Caſus reſeruatos §. 5.
De examine, & exhortatione *facienda à* Confeſſore §. 6.
Quibus neganda eſt abſolutio §. 7.
Medici quando iufirmos ad Confeſſiones hortari debent §. 8.
Quando Curati §. 9.
De Paſchale Præcepto §. 10.

De Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramento. Cap. 8.

De ſuprema huius Sacram. excellentia §. 1.
Parochi doceant ne hoc Sacr. populos §. 2.

De

De diligentia adhibenda in aſſeruatione tanti Sacramenti . 3. 4.
De miniſtrando infirmis §. 5.
De deuotione fidelium, dum tantum ſumunt Sacramentum §. 6.
De modo miniſtrandi §. 7.
Et quibus perſonis debet miniſtrari §. 8.
De modo miniſtrãdi in tẽpore Paſchale . 9
Quib⁹ debet hoc Sacramẽtũ denegari §. 10.
De Cæremonijs, & Indumentis . 11.
De oratione quadraginta horarum. ¶. 12.

De extrema Vnctione. Cap. 9.

De excellentia, & valore huius Sacr. ¶. 1. 2.
De diligentia Parochi circa infirmos ¶. 3.
Quibus miniſtrandum, & qua deuotione recipiendum ¶. 4. 5.
de commendatione Animæ ¶. 6.
Quando miniſtrãdum ſub conditione ¶. 7.
de cæcis, ac mutulatis ¶. 8.

De Sacramento Ordinis. Cap. 10.

De excellentia huius Sacsamenti ¶. 1.
De requiſitis ad primam tonſuram, ad minores ordines, & maiores ſuſcipiendos ¶. 2. 3. & 4.
Patrimonij titulus cõſtare debet ante ſuſceptionem Subdiaconatus ¶. 5.
de fide Magiſtri muſices requiſita ante promotionẽ ad maiores ordines ¶. 6.

Aſſecutus presbyteratum ordinem non celebret ſine obtenta licentia à Magiſtro Cæremoniarum ¶. 7.

De Matrimonio. Cap. 11.

De effectibus Matrimonij ¶. 1.

Parochi admoneant populum de huius Sacramenti præſtantia ¶. 2.

Non coniungat Parochi coniuges, niſi prius factis tribus denuntiationibus §. 3.

Si quis alienis Diœc. habent mulierem quē vxorem appellet, & ſi ſit aliqua ſuſpicio eſſe concubina; Parochi exigat ab eo cōtractum matrimonij §. 4.

De pœnis contra eos, qui conſumant matrimonium ante ipſius celebrationē §. 5.

De pœnis contra contrahentes matimoniū in gradu prohibito §. 6.

Qui ſciens matrimonij impedimentum nō reuelas, vel aliquid malitiosè fingit vt illud impediat excommunicationis pęnam incurrit § . 7.

Coniuges Sacramentis munitis, & accepto Sacerdotali benedictione coniungantur §. 8.

Parochi habeant librum in quo nomina, & cognomina cōtrahentiū deſcribant § .9.

Denūtientur cōcubinarij Curię Arch. §. 10.

De ſponſalibus in caſu direptionis §. 11.

De

De ſancto Miſſæ Sacrificio. Cap. 12.

Vt omnis auaritiæ ſuſpitio arceatur obſeruetur omnino Conſtitutio de celebratione Miſſarum Vrb.8. §. 1.
De tẽpore celebrandi Miſſa de ijs, quæ ſunt obſeruanda in celebratione, & de preparatione ante Miſſam § . 2.3.4.
Sacerdos ad Altare progreſſus quod debet obſeruare, nec celebret capite cooperto § . 5. 6.
Parochi de quibus debent monere populum circa Miſſam audiendam §.7.

De Sanctorũ Reliquijs, & Imaginib. Cap. 13.

Nullæ reliquiæ adorationi exponantur niſi ab Ordinario recognitæ §. 1.
Reliquiæ quo tempore oſtendendæ § . 2.
Nulla miracula publicanda niſi ab Ordinario recognita §.3.
Circa imagines depictas, aut ſculptę Sãctorũ ſeruanda Conſtit. Vrb.8. §.4.
Sacræ Imagines decenter retineantur, & cõſumptæ, reficiantur § . 5.
Laſciuæ imagines proijciendæ à domo § .6.
Crucis vexillũ in ſummitate cuiuslibet Eccleſiæ, vel Campanilis ponatur § .7.

De diebus feſtis, Ieiunio, eorumque obſeruatione. Cap. 14.

Quid faciẽdũ in dieb. feſtis, & à quib. abſtineudũ §.1.

Quę

Quo diẹ præſtanda obedictia Ordinario ab Abbatib.& curá animarũ habẽtib, ¶. 3.
Quando ieiunandum, & qui excipiuntur à lege ieiunij ¶. 4.
Tẽpore ieiunij vetiti cibi nec exponantur, nec vendantur,& qui excipiuntur ¶. 5.
Parochi hortẽtur populũ vt ſaltim in media quadrageſima peccata ſua cõfiteátur ¶. 6
Curati monendi à Vicario Generali qui tẽpore quadrageſimæ agere debeant ¶. 7.

De Capitulis, & Canonicis Eccleſiæ Tarentinæ aliarumq; Collegiatarum, & diuininorum Officiorum recitatione. Cap. 15.

Quid præſtare debent Canonici, & quomodo ſe gerere in Choro canendo ¶. 1. 2.
Hebdomadarius Miſſam cum alio non poſſit commutare ¶. 3.
A punctatoribus qualiter ſit eorum munus exercendum ¶. 4.
Per deputatos punctatores nullum inferatur præiudicium Canonicis ¶. 5.
Qui ſe fingit infirmum, vt abſit à Choro, amittit diſtributiones ¶. 6.
De pœna inflicta abſentibus à Diœceſi ſine licentia ¶. 7
Approbatur conſuetudo Anniuerſaria celebrandi poſt commem. omnium fidelium defuuctorum, pro defunctis Archiepiſco-

ſcopis Eccleſiæ Tarentinæ ¶. 8.
Inſtitutioné de ſigno cápanę in Aurora, meridie, & veſp. omnino obſeruatur ¶. 9.
In Cath. Eccl. cóueniés Miſſ. numer⁹ ſeruetur, nec plures 4. eodé tépore cele. ¶. 10. 11
Canonici, & omnes Presbyteri frequéter celebrét, & præſente Prælato in Eccleſia in anni feſtiuitatib. præſentes ſint ¶. 12. 13.
Prælato celebrante, quæ ſunt agenda Magiſtro Cæremoniarum ¶. 14.
Pœnitentiarius aſſiſtens ad audiendas Confeſſiones integras lucratur diſtributiones ¶. 15.
Capitulum frequenter congregetur, in quo tractetur de ſpectantibus ad diuinum cultum, &c. ¶. 16.

De Eccleſijs, pia in eis verſandi ratione, & Altaribus. Cap. 16.

Clericis, & laicis præcipitur in virtuté ſáctæ obedientiæ ne in Eccleſijs negotiationes faciant, pernoctent, tumultuentur ¶. 1.
Dum diuina celebrantur officia, & Miſſæ, quæ nam fieri prohibentur ſub pęna excommunicationis Clericis, & laicis ¶. 2.
Feneſtræ priuatę domus in Eccleſijs proſpicientes interdicuntur ¶. 3.
Quæ requiruntur in Altaribus in quibus Miſſa celebratur ¶. 4.

Lai-

Laico Iudice prohibetur temporalem iuriſ-
dictionem in Eccleſia exercere ¶. 5.

De Eccleſiæ bonis, iuribus, & immunitate. Cap. 17.

Ab omnibus adminiſtrantibus bona Eccleſiaſtica præcipitur, vt conficiant inuentarium cum ſubſcriptione publici Notarij, omnium bonorum, iurium ¶. 1.

Parochis præcipitur denuntiare ſæpius cenſuras contra vſurpatorum bonorum Eccleſiaſticorum ¶. 2.

Bona Eccleſiaſtica nullo pacto alienanda, nec vltra tiennium locanda, &c. ſub pœna excommunicationis, nec conſanguineis intra ſecundũ gradũ locanda. ¶. 3. 4.

Inſtrumenta, & cuiuſcumque generis ſcripta ad bona Eccleſiaſtica ſpectantia, propalanda ¶. 5.

Excommunicatur fraudantes decimas ad Eccleſias pertinentes ¶. 6.

Qui non incurrat pœnas caducitatis ab emphyteoſis ¶. 7.

Excommunicantur incitantes Miniſtros, & Officiales temporales contra immunitatem Eccleſiæ, & qui factis malè habuerint ¶. 8. 9.

De Seminario. Cap. 18.

De puerorum Collegio, corum educatione,

ne, & de regulis obſeruandis §. 1. 2.

De Monialibus. Cap. 19.

Monialibus obſeruanda proponuntur decreta viſitationis §. 1.

Nullus contractus iniatur ſine licentia Ordinarij à Monialibus, nec veſtimenta, aut alia bona in depoſitum tenent §. 2.

Per viginti paſſus propè Monaſterium Monialium nemo audeat inſtrumenta pulſari, voces ad cantum mittere, choræas facere, &c. ſub pœna excommunicationis ¶. 3.

Nullus Sacerdos in Eccleſijs Moniliũ celebret ſine Ordinarij licentia ¶. 4.

Circa gubernium Monaſterij ſub præcepto obedientiæ præcipitur obſeruantia Decretorum S. Congregationis. Moniales cum ſecularibus ſine præſentia auſcultatricum ne loquantur ſub pœna excommunicationis, excipiuntur tamen conſanguinei, & affines in primo gradu ¶. 5.

De Regularibus. Cap. 20.

Regulares curam animarum habentes, nec eam exerceant; nec Concionatoris munere funguntur, nec Confeſſiones audiat ſine licentia Ordinarij §. 1.2.3.

Regulares ſeruata forma decreti Vrban. 8.

admittantur ad loquendum cum Monialibus ¶. 5.

De Monte Pietatis, Hoſpitalibus, Oratorijs,&c. Cap. 21.

Priores Magiſtri, Officiales, &c. ſingulis annis adminiſtrationis habitæ rationem reddant ¶. 1.

Simultanea cohabitatio virorum, ac mulierum prohibetur ¶. 2.

Nulli liceat Confraternitates erigere ſine Ordinarij licentia, & qui in eis ſint recipiendi ¶. 3.

In Oratorijs mortuorum corpora ne humẽtur, nec Miſſa celebretur ſine conſenſu Parochi ¶. 4.

Confratres abſtineant à conuiuijs: ad proceſſiones vocati, Saccos induant, nec Cõfraternitatis bona diſtrahant ¶. 5.

De Proceſsionibus. Cap. 22.

De ijs, quæ præcipiuntur obſeruanda in proceſſionibus ¶. 1. 2. 3.

De Legatis pijs, funeralibus, &c. Cap. 23.

Quæ, cum poſſint, differunt ſolutionem Legatorum, Notarij non reuelantes legata, diuertentem teſtantium voluntates, ipſo facto excommunicantur ¶. 1.

Pauperes, & miſerabiles gratis ſepulturæ tradantur ¶. 2.

Quæ

Quænam prohibentur fieri circa mortuorũ cadauera. & qui priuandi Eccleſiaſtica ſepultura ¶. 3.
Interfectorum corpora tardius ſepelienda. eorum recognitionem Iudices Laici extra Eccleſiam compleant ¶. 4.
De electione ſepulturæ ommiſſa. caueant Regulares,& ſeculares Clerici, electionẽ ſepulturæ morientibus ſugerere ¶. 6.
Tenuæ eleemoſynæ pro animarũ ſuffragijs exhibitæ libenter accipiantur, & reliqua ſuffragia à viuis pro fidelibus defunctis præſtita,deuotè fiant ¶. 7.

De vita,& honeſtate Clericorum in communi. Cap. 24.

Clericorum prudentiæ,modeſtiæ, & ſanctitatis exemplo,componuntur populi ¶. 1.
Præcipitur vt Clerici linguam maledicam coerceant,& taciturnitatẽ ſeruent ¶. 2.
Quænam prohibetur à Clericis exerceri ſub pœna excommunicationis ¶. 3.
Cuiuſuis generis arma quacũque cauſa, & prætextu,Clericis penitus interdicuntur, & alia quædam ipſis obſeruanda ¶. 4.
Comedias,fabulas, & quodcũq; ſpectaculi prophani genus,Clerici iocare, ſeu ſpectare non audeant ¶. 5.
Qui Clerici priuilegio clericali priuãtur ¶.6

Clerici ad Monialibus loquendũ.ne accedãt ſine licẽtia in ſcriptis ab Ordi nario §. 7.

Præcipitur, & mandatur Clericis omnibus, vt ſacrarum litterarum ſtudio ſint intenti §. 8.

De Parochis, eorumque reſidentia. Cap. 25.

Curam animarum habẽtes proprium debitũ agnoſcentes, oues ſibi commiſſas verbo, & exemplo paſcant §. 1.

Parochi continua apud Eccleſias ſuas habitent, nec eis inde abeſſe, licet abſque licẽtia in ſcriptis ab Ordinario §. 2.

Infirmis magnam exhibeant charitatem, & quæ agere debent cum eiſdem moribundis §. 3.

Parochis quæ nam diligenter inquirere debent §. 4.

Parochiales libri bene componant, & quæ in illis notanda ſunt §. 5.

Aliqua à Parochi obſeruanda §. 6. 7.

De Iudicibus Synodalibus. Cap. 26.

Aliqui Canonici eligẽdi in Iudices, qui cauſas à Sede Apoſt. cõmiſſas cognoſcãt §. 1.

De Examinatoribus Synodalibus. Cap. 27.

Examinatoribus præſtandum iuramentum ſe fideliter impoſitum onus executuros §. 1.

Quæ obſeruare debent circa examinandos §. 2.

De

De Teſtibus Synodalibus . Cap. 28.

Teſtes Synodales moribus, & bonitate ſanctiores eligendi,& qualiter ſe gerant, & obſeruent in tali munere §.1.2.

De Maleficijs, Sortilegis,Cingaris, & Blaſphematoribus . Cap. 29.

Malefici proprię ſaluti ſunt immemores §.1
Parochis,& alijs ad quos ſpectat, inquirendum quæ perſonæ nefarijs huiuſmodi operibus incumbant, ſub pœna excõmunicationis,Ordinario referendi, qui maleficijs conſentiunt,vel miniſtrare proculent excommunicatur . 2.
Superſtitiones prohibentur §. 3.
Quę obſeruãda Parochis circa Cingaros §.4
Curati pluries in anno inter Miſſarum ſollemnia denuncient Bulla Pij V. contra blaſphemantes §. 5.

De Concubinarijs . Cap. 30.

Monentur Parochi concubinas eijcere, alias Ordinario denuncient §. 1.
Meretricibus ſub pęna excommunicationis præcipitur, remotas ab Eccleſijs,& Monaſterijs habitare §. 2.

De Vſurarijs . Cap. 31.

Deteſtabile malum vſura . Vſurarij publici ad Sacramentorum perceptionem non admittendi §. 1.

Con-

Confeſſarij ſub pœna Suſpenſionis à confeſſionibus audiendis, notam in altera parte Confeſſionalis affigant, in qua præter cenſuras, & Caſus reſeruatos Ordinario, notentur etiam modi contrahẽdi in hac Synodo vſurarij declarati . 2.

De Synadalibus Conſtitutionibus publicatis, & in poſterum publicandis. Cap. 32.

Statuta in Synodo ſancita ab omnibus obſeruanda; menſibuſque tribus à die publicationis elapſis, afficiant omnes tanquam ſi ſingulis perſonaliter notificata fuerint §. 1.

Infra menſem poſtquã Typis mandata fuerint, ipſorum volumen habeatur ab omnibus Cleri Diœceſis Tarentinæ ſub pœnis arbitrarijs §. 2.

Curati ſæpius publicẽt populo quæ ad Laicos pertinent §. 3.

Synodales Cõſtitutiones à Prædeceſſoribus editæ non abrogantur. Vbi nulla eſt pęna, arbitrio Ordinarij relinquitur. Synodales Conſtitutiones in quibus non eſt addita pœna excommunicationis, non inducunt peccatum mortale, niſi legum diſpoſitio, vel magnus contemptus inducant §. 4. 5. 6.

Omnia huiuſmodi decreta, qua, decet, reueren-

rentia ; S. Ro. Eccleſiæ correctioni ſubmittuntur §. 7.

Synodus cogenda decernitur deinceps in Dominica poſt feſtum inuentionis Sãcti Cataldi §. 8.

L A V S D E O.

	Errata.	Corrige.
pag.5.ver.16.	mal[illegible]ic[illegible]n.	mal[illegible]icium
pa.11.v.21.	q[illegible]que.	quiq[illegible]e
pa.43.v.15.	d[illegible]ia.	d[illegible]ſtinctio.
pa.52.v.8.	co[illegible]r.	co[illegible]dat
pa.55.v.8.	c[illegible]n.	ce[illegible]iorare
pa.65.v.16.	aperiendum.	ape[illegible]atur
ibid.v.18.	natal[illegible]s.	na[illegible]ibus
ibid.v.20.	ſit delib[illegible]tus.	del[illegible]utum
pa.71.v.8.	c[illegible]	in
pa.77.v.18.	co[illegible]g[illegible]n.	con[illegible]g[illegible]n
pa.80.v.1.	o[illegible]d[illegible]a[illegible]s.	manda[illegible]s
pa.87.v.13.	Noſt[illegible].	Nul[illegible]a
p.96.in tit.	Coll'egiatæ.	Coll[illegible]gi[illegible]tarum
p.128.v.3.	foranis.	for[illegible]neis
ibi.v.10.	celeſtis vita.	cel[illegible]ſte[illegible]n vitam
p.129.v.6.	petunt.	quæ petunt
ibid.v.16.	habent.	habens
ibid.u.25.	eà	à
p.132.v.24.	tales.	tale
p.153.v.16.	occiſus.	occiſos
p.139.v.5.	ſpiritualis.	ſpirituali
ibid.v.20.	ſiue examine.	ſine examine
	axuriens.	exhauriens
p.138.v.27.	inſtabunt.	intrabunt
p.146.v.25.	Eccleſia.	Eccleſiaſtica
p.148.v.7.	vtam.	vtamur
p.152.v.15.	executores.	executuros
p.153.v.17.	commiſſi.	committi
p.155.v.11.	noſtri.	noſtra
p.157.v.4.	vt	&
p.160.v.3.	ſed quoquo.	ſed ijs quoq; q.
ibid.v.13.	vitæ.	vita
p.161.v.1.	exigerit.	exegerit

VA1
1528524

102
144

S

16
3